



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginus**

**Campidonaë, 1673**

Sectio Tertia. De Privil. concessis in particulari cuilibet Ordini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

SECTIO TERTIA  
DE PRIVILEGIIS  
CONCESSIS IN PARTICVLARI  
CVLIBET ORDINI REGVLARIVM.  
Circa præcipuas, & magis frequentes Materias.

## CAPUT I.

## De Abbatibus.

## SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1 Abbas Cistercii potest alios Abbates benedicere, &amp; delegare Vicarios, qui alios item benedicant. 2.</p> <p>3 Episcopo recusante benedictionem Abbati Ordinis Cisterc. potest ille Pontificalia exercere, perinde ac si esset benedictus. Item, &amp; Abbates aliorum Ordinum. 4.</p> <p>5 Quando censetur Episcopus recusasse Abbatem benedictionem.</p> <p>6 In variis Congreg. Abbates exercent Pontificalia sine benedictione.</p> <p>7 Patientes defectum, non possunt eligi Abbates. Extant privilegia ad dispensandum cum ipsis. Que tamen non operantur, nisi intra Religionem. 8. 9. &amp; 10.</p> <p>11 Capitulum non censetur dispensare hoc ipso precise, quod eligit habentem defectum.</p> <p>12 Abbas non venit nomine Monachi, secus in favorabilibus ibidem vel ubi agitur de moribus. Quid in materia indifferenti. 13. 14.</p> <p>15 Abbas non tenetur servare sua statuta etiam invariata. ibidem peccat tamen si non servat. 18. &amp; 19.</p> <p>17 Abbas non tenetur servare promissa, vel iura-</p> | <p>re Monachis. Hoc quo sensu. 18.</p> <p>19 Abbatem prius providendum, quam Monachis &amp; Ecclesie.</p> <p>20 Abbas potest sibi plus indulgere, quam alius quo sensu, &amp; in quibus casibus. Extra hoc Car. 21. 22. &amp; 23.</p> <p>24 Vestis Abbatum pretiosior, post eius mortem habuit priorem.</p> <p>25 Abbas an sibi acquirat, &amp; de acquisitione disponere.</p> <p>26 Inter Principes Imperii sunt multi Abbates, &amp; inter hos quatuor principales.</p> <p>27 Abbas Cassin. Olim erat Vice-Imperator. Abbates Sancti Dionysii regebant absentem, &amp; ibid.</p> <p>28 Aliqui Abbates non recognoscunt in territorio priorem.</p> <p>29 Abbas Campid. &amp; Rivipol. non contrahunt regularitatem. exercendo iudicium sanguinis.</p> <p>30 Abbas Caye potuit olim reos à morte liberare.</p> <p>31 Abbas Cassin. &amp; S. Ambr. Med. utuntur scapulis pro baculo pastorali.</p> <p>32 Abbas Cluniac. olim cudebat monetam.</p> <p>33 Abbates 22. olim assistebant Papa, sacri palatii.</p> <p>34 Abbas S. Trinit. Cluniac. &amp; Cisterc. fuerunt Cardinales.</p> <p>35 Abbas Fuldæ est Primas per Germaniam &amp; Galliam.</p> |
|---|---|

Abbatibus plures olim in Episcopo sacri abantur.  
 Abbatibus Episcopi olim suere subditi.  
 Abbas Dunimensis fuit Praefectus familiae Regum  
 Suevorum.  
 Reges Galliae ad bellum procedentes, accipi-  
 unt auriflamen de manu Abbatis S. Dionysij.

Abbatum sunt varia jura, & Privilegia,  
 sed quia illi diversis nominibus, & ti-  
 tulis censentur, haec etiam sub diversis  
 capitibus, in sequentibus referre differo.  
 Quod autem ad eorum institutionem,  
 praerogantiam & favores attinet, haec  
 placet in praesenti proponere.

1 Innocent. VIII. concessit Abbati Cister-  
 censi facultatem benedicendi Abbates,  
 & Abbatissas sui Ordinis, ubi vis terra-  
 rum. Bullam concessionis ad longum re-  
 fert Roderiq. *tom. 7. Bull. 5. e. j. d. Innocent.*  
 Hujus privilegij meminit Tambur. *ro. 1. 1.*  
*de jur. Abb. d. 1. 1. quest. 1. 1.* Et de praxi sui  
 temporis testatur Host. *in sum.*

2 Clemens VIII. concessit eidem Abbati  
 Cisterc. ut per Provincias sui Ordinis  
 possit deputare Vicarios, qui Abbatibus,  
 & Abbatissis ejusdem sui Ordinis, mu-  
 nus benedictionis impendant. Renat.  
 Chop. *lib. 2. mon. tit. 1.*

3 Recusante vero Episcopo benedicere  
 aliquem Abbatem ejusdem Ord. Cisterc.  
 conceditur ipsi facultas, omnia sua mu-  
 nus obeundi, & Pontificalia exercendi,  
 perinde ac si foret benedictus, ex disposi-  
 tione *c. ap. stat. in sum. 1. de sup. negl. prael. ubi A-*  
*lexand. III. ita decernit. Quod licet favo-*

4 re solorum Cisterciensium sancitum sit,  
 atque ideo Innoc. teneat illos solos hac  
 facultate posse uti Gloss. tamen Host. Pa-  
 non. & Joann. Andr. aequaliter omnibus  
 Abbatibus, cujuscunque Ordinis, id at-  
 tribuunt, & licitum dicunt. Sufficitque si  
 Episcopus semel fuerit requisitus, secun-  
 dum Butr. *ibid.* & Sylv. *v. abbas n. 4.* Et ut

fit locus privilegio, ego arbitror non esse  
 opus ut expressè Episcopus detrectet ve-  
 nire, sed sufficere reculationem interpre-  
 tativam, qualis erit v. g. si de industria mo-  
 ras trahit si fictitias excusationes promit-  
 tendo allegat, si aliis communiter solet  
 negare, & jam pluribus negavit, aut uno  
 verbo si ita se gerit, ut arbitrio prudentis  
 viri judicetur nolle.

At in Congregatione Calsinensi mihi  
 semper veneranda. In Vallisolei Casali-  
 ben. & aliis similibus, non est opus Abba-  
 tibus ulla confirmatione, vel benedictio-  
 ne, sed ex quo sunt electi in capitulo, ha-  
 bent usum Pontificalium, & eadem in om-  
 nibus auctoritatem, ac potestatem, quam  
 habent alii Abbates benedicti, & perpetui  
 ex concessionibus diversorum Summ.  
 Pontificum, quae videri possunt in Bulla-  
 riis, & compend. privileg. earundem  
 Congregationum.

Nota tamen, quod per ejusmodi con-  
 cessiones, & privil. non datur facultas e-  
 ligendi, vel benedicendi Abbates, patien-  
 tes aliquem defectum, seu alias inhabiles,  
 sed semper supponitur, quod tales eligan-  
 tur, quales de jure sunt eligendi. Et sic v. g.  
 debent esse 25. annorum, seu 30. in opinio-  
 ne aliorum, & ex legitimo Matrimonio  
 procreati. Verum quia potest contingere,  
 ut aliquis illegitimo thoro natus, sit  
 alias laudabilis conversationis, ideo Eug.  
 IV. concessit Calsin. & alii Summ. Pont.  
 aliis Ordinibus facultatem assumendi  
 tales ad Praelaturas. Quas concessionem  
 postea universaliter confirmavit Greg.  
 XIV. prid. idus Mart. An. 1591. B. quae inci-  
 pit: *Circumspecta.* Quantum vero ad alios  
 defectus, ex quibus redditur aliquis inha-  
 bilis ad Praelaturas, extant alia privilegia,  
 ad conferendam dispensationem, de qui-  
 bus ubi de *confess. pass.* & ubi de *pot. prael. ad*  
*absol. & disp.*

Quae

PRIVILEGIA  
 ABBA-  
 TIBUS  
 ET  
 ABBA-  
 TISSIS  
 CISTER-  
 CIENSIS  
 ORDINIS  
 IN REGVLAS  
 ANCELLAN-  
 TIS  
 POSTULATIS  
 ET  
 TRADITIS

- 10 Quæ tamen privilegia (pro maiore parte) non operantur, nisi intra ordinem dispensati, atq; ideo vide dicenda illis locis. An verò censetur Capitulum hoc ipso dispensare cum illo quem eligit in Prælatum, arbitror ego, quòd non, quia sunt actus disparati, quorum unus non includit alium.
- 12 Abbas non venit nomine Monachi, nec cum Monachis comprehenditur in odiosis, secus in favorabilibus, Panor. Felin. & alii Canonistæ in cap. fin. de sim. & in Clement. 1. de Regul. Tusch. v. Abbas concl. 3. Portel. & Nald. eod. v. Aufon. in sum. Dian. v. Abbatissa Navarr. lib. 3. conf. 75. de Regul. Laym. in Theol. mor. lib. 5. tit. 9. cap. 14. Lam. in meth. p. 3. cap. 13. §. 15. & passim alii. Ratio est, quia in odiosis appellatione simplicium, non veniunt mixta, & simul iuncta, ut inter alios notat Roman. conf. 259 Abbas autem, licet sit Monachus, non tamen simplex, nec simpliciter, unde v. g. si feratur censura contra quoscunque Monachos, qui tale quid fecerint, illa non ligabitur Abbas, etiam si rem prohibitam fecerit. E contra verò si v. g. fiat legatum de danda veste singulis Monachis, debetur etiam Abbati, imò etiam melior quàm simplicibus Monachis, secundum dicenda inferius, quorù omnium Ratio est, quia hæc posterior dispositio continet favorem, prior verò est odiosa, Abbas autem non venit nomine Monachi in odiosis, sed in favorabilibus. At quid juris, ubi agitur de moribus, correctione, vel salute animæ? Respond. Nald. v. Abbas, æqualiter cum Monachis comprehendit Abbatem, sive materia sit favorabilis, sive odiosa.
- 14 Quòd si materia sit indifferens, possit fortè aliquis dicere Abbatem tunc non comprehendit sub nomine Monachi, sed tamen contrarium docet Tusch. supra cit. loco.

Abbas, qui aliqua statuta facit pro ordinatione sui Monasterii, ad illa servanda non tenetur. Panor. cap. cum ad Monasterium de stat. mon. Sylv. v. Abbas q. 4. Navarr. cōf. 22. de Regul. n. 9. & alii communiter. Ratio est, quia nemo est sibi Superior, nec potest se per modum subiectionis obligare ad suam legem. Unde iuriconsultus l. Princeps ff. de leg. Princeps est legibus solutus. Et hoc verum est, etiam si talia statuta fecerit cum communi consilio, & consensu Conventus, quia non potest obligari à suis inferioribus. Imò etiam si per iuramentum obligaverit se ad illa, tamen adhuc poterit revocare; & casu quo absq; revocatione illis contraveniat, peccabit quidem propter Religionem sui iuramenti quòd violat, sed factum tenebit. Joã Andr. cap. cit. cum ad Monasterium Sylv. & Navarr. citati. A fortiori idem dicito, si Abbas aliquid promiserit suo Monacho etiam sub iuramento, si non præstet, eum quidè peccare contra suum iuramentum verum non potest obligari à Monacho ad hoc præstandum, quòd illi promisit, nam sicut non potest servus sibi Dominum suum obligare, sic neq; Monachus Abbatem. Ita Panor. loco cit. Attamen ego puto adhibendâ esse micam salis huic doctrinæ, dicendo quòd licet ex iustitia, non possit obligari Abbas suo Monacho, ex fidelitate tamen teneri id præstare quòd promisit, (etiam secluso iuramento) nisi velit æstimatione cadere apud suos, & multis se in cõmodis exponere. (a) Quantum verò ad sua statuta, verum quidè est, ex vico activa ad hæc non teneri Abbatem, secus autem ex vico directiva. Unde in l. digna vox C. de legib. est verbum dignum maiestate regnantis, ut dicitur in legibus ligatum, usque adeò eius auctoritas ad illa quæ iuris est, sumit, & revera maius est imperio. (a) Debetis, qui præestis patres, tales vos exhibere, ut ait Apostolus, estote forma credentibus. res. sancti Mac. c. 5.

ipsum imperium legibus submittere. (a) Et Ratio est evidens, nam statuta quæ faciunt Abbas pro ordinatione sui Monasterii, aliud nihil respiciunt, quam manutentionem observantiæ regularis. At Prælati non minus obligantur ad observantiæ disciplinæ regularis, quam Religiosi simplices, nec eos excusat ab eiusmodi obligatione Prælatura, inquit Layruer. in opt. Regul. specul. 108. Et ita olim definitum fuit in Concil. Mogunt. can. 11. Doctrina igitur Panormitani in initio relata, debet intelligi de vi coactiva, non de directiva.

19. Abbati seu Prælati providendum est de bonis Monasterii, priusquam aliis. Imò quàm ipsi Ecclesiæ. Navarr. com. 3. de Regul. nu. 4.

20. Addunt Cassan. (b) in cat. p. 1. conf. 22. & 23. Lamas in meth. p. 3. c. 13. §. 15. Selua in tr. de benef. & alii, posse Abbatem sibi aliquantulum melius prospicere quàm aliis, in cibis & vestibus. Consentit Bald. l. sed si quid ff. de usufr. Ubi ait Abbatem debere melius indui, quàm alii. Favent Innoc. & Host in cap. cum omnes de const. Ubi dicunt, quòd licet debeat esse equalitas inter omnes, qui sunt de cõmunitate quantum ad illa, quæ dantur pro vestimentis, & aliis necessariis, distributio tamen facièda est secundum cuiusq; merita, & conditionem, unde cum Abbatis conditio sit major, magis etiam debet habere. Addit Panor. in cap. cum omnes. Eandem acceptionem habendam esse in Abbate quoad victualia, quàm Innoc. ibi vult haberi quoad vestes.

Quod autem de victualibus, & vestibus dicunt illi hoc me hercle alii dicent de cõmibus aliis commodis, ut de cameris, lectisterniis, hortis, electuariis, recreationibus, & his similibus, est enim par in omnibus ratio.

22. Verùm ego mihi nunquam potui suade-  
(a) Vnum te ex congreg. cognoscas Reg. Ferreoli cap. 17.  
(b) Cap. Clerici omnes 1. q. 2.

re, viros illos usque aded graves, & eruditos tam generaliter fuisse locutos, aut scripta sua velle intelligi sic, ut hoc ipso quo aliquis est Abbas, possit sibi quidquàm largius indulgere, hac sola ratione, quia est Abbas, vel Prælati. Ab initio enim non fuit sic. Sed siquidem placet adlaborare ad excusandas excusationes in peccatis, & excessibus; Arbitror ego, doctrinam illorum posse sustineri in 4. casibus, & de his solum locutos esse & intelligendos nempe posse Abbatem in cultu corporis plus sibi indulgere, quàm aliis, Primò. Si id necessariùm sit ad servandam suam auctoritatem, aut famam, vel sui Monasterii, e jusvè jura, & bona. Aut Secundo, si persona Abbatis, sit alicujus momèti, ut ejus conservatio videatur necessaria Monasterio eò quòd pollet autoritate regendis fratribus, aut defendendis ejus juribus. Aut Tertio, si hoc facit, & expendit propter hospites, quos ex honestate, pro sua & ipsorum conditione tenetur excipere, & tractare. Aut demum Quarto, si aliquid sibi indulget per modum subsidii, & sustentationis, ratione laborum, & curarum, quibus magis fatigatur, & consumitur administrando suo Monasterio.

Extra hos casus, non puto posse quemquam Prælatum sibi plus in ullo indulgere quàm aliis. Et ita olim fuit præceptum in Concilio Aquisgrani celebrato, à Prælati nostri Ordinis S. Bened. Anno 817. artic. 27. Ubi sic habetur: *ut ea quàm habent sui Monachi mensura sint Abbates contenti, in manducando, in bibendo, in dormiendo, in vestiendo, in operando, si in aliis non fuerint occupati.* Quod deinde fuit innovatùm in Concil. Turon. can. 24. 25. & 42. Troslejan. cap. 3. & novissimè in Trident. sess. 25. cap. 1. de Ref. Exemplo Patrum nostrorum, in Concilio Carthaginensi, non solum iubet sancta Synodus, ut Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu

victu sint contenti, verum etiam in reliquo vitæ genere ac tota domo caveant, ne quid appareat, quod à sancto hoc proposito sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præferat. Et post pauca: Quæ verò de Episcopis dicta sunt eadem in quibuscumque habitibus beneficia Ecclesiastica, tam secularia, quam regularia, pro gradus sui conditione observanda sunt &c. Et Clem. VIII. in decretis pro reformatione Regularium ad hæc conformiter Sancit. num. 8. Vestitus, & supellex cellarum, omnino uniformis sit, fratrum & quoruncumque Superiorum. Et rursus num. 10. Omnes etiam Superiores quicunque illi sint eodem pane, eodemque vino, & obsonio, seu ut dicunt, eadem pitantia, in communi mensa vescantur, si quis in ea re peccaverit, nihil ea die percipiat, nisi panem & aquam. Et iterum num. 26. Nullus etiam Superior, cellas, seu in claustris, seu alibi separatas à communi dormitorio habeat, sed unusquisque unica cella, eaque cum cæteris aliorum fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, uniformique supellectili sit contentus. Quæ decreta aliaque similia fuere confirmata, deinde innovata, & iterum mandata ab Urbano VIII.

His consonant censuræ, & scripta (qui de hac materia tractant) tam antiquorum, quam modernorum Doctorum, ut Tambur. tomo 1. de iur. Abb. d. 26. quæst. 4. ubi sic loquitur. Debent ea quam sui Monachi habent mensura, in comedendo, & bibendo, Abbates esse contenti. Et idem q. 5. Quod verò ad lectum quo Abbas uti debet, cum à sua Regula exemptus non sit, observare tenetur id quod à Monachis observandum curare debet, & præcipue Abbates militantes sub Regula sancti Benedicti. & Navarr. com. 3. de Regul. num. 4. Multi Abbates graviter peccant, nimiam sibi familiam secularem, & non tantum necessariam assumendo cum secundum observantiam sue Regule primariam non debeant plus, quam ceteri mo-

nachi expendere, nisi excipiendis hospitibus &c. Ita etiam Layruel. in opt. Regul. mon. 6. specul. 23. ubi dicit quod Prælati in mensa prodigiosi, & superfluos admittens hospites, vel oppiparos cibos sibi procurans, est proprietarius & peccat mortaliter. Ita etiam (ut alios omittam) Major m. 4. d. 38. ubi ait quod Prælati expendens aliquid de bonis Monasterii in vanos aut malos usus, est maximè proprietarius. In vanos autem & malos usus expendere clarum est, eum qui expendit sine ulla causa ex relatis. Quod si sic expendendo peccat mortaliter, & sit proprietarius, consequens est ut dicatur, eum qui sic vivit, esse in statu damnationis. Quorum omnium Ratio est, quia Abbas non est Administrator, dum autem sine causa sibi plus iusto indulget, non agit ut Procurator, seu Administrator, qui debet se conformare voluntati Domini, sed ut dissipator, & latro, & consequenter peccat.

Quod interdum etiam visibilibus exemplis punivit Deus, & quantum is excessus sibi displiceat, ostendit. Unde in libro de vir. ill. Ord. Cisterc. refertur de quodam Abbate in Saxonia; quod cum fuisset solutus sibi pretiosiores vestes procurare & de meliori panno quam suis fratribus eo fatis functo, Prior in quadam solemnitate volens honorabilius apparere, induit unam de ejusmodi vestibus defuncti Abbatis, intra quam tanto ardore correptus est, ac si non vestem induisset, sed in fornacem ardentem ingressus fuisset. Unde rejecta hac fatali veste intellexit in quibus incendiis deberet esse Abbas, cujus vel simplex tunica tantos actus creabat.

Aliud Privilegium, quod à nonnullis in communem conceditur Abbatibus, est, quod possunt disponere ad libitum de his quæ acquisierint, quæ acquirunt non Monasterio, sed sibi. Quia in talibus

si, nomine Monachi non venit intelligendus Abbas. Monachus autem quacunq[ue] via, (ut servus Domino) sic suo acquirit Monasterio. Et sic Abbas recipiat Eleemosinas, pro missis à se dictis, concionibus, vel pro cathedra, vel per libertatem alicuius largitionem, dum Prælat[us] est, dare potest illa cui voluerit, vel quomodocunq[ue] voluerit expendere, modò non contra iustitiam.

(2) Ita ad verbum Lamas in meib. p. 3. cap. 13. §. 17. Verùm hæc doctrina mihi videtur improbabilis, quia non potest concedi ulli Abbati illa libera dispositio, nisi faciamus proprietarium. Fundamentum autem Lamafii mihi non placet: ratio enim cur Abbas non possit pro arbitrio de ulla re disponere, seu habere proprium, vel sibi acquirere (qua omnia eodem recidunt) non provenit ex eo quòd sub nomine Monachi comprehenditur: sex ex vi sua Professionis, per quam redditur incapax aliquid habendi, eo modo ac Monachus, à qua incapacitate non absolvitur, quando in Abbatem promovetur. Quod similiter ait Lamas Monachum acquirere Monasterio, ut servus Domino, verùm quidem est; sed quòd Monachus sibi ipsi non acquirat, hoc non provenit ex eo præcisè quòd comparatur servo ut videtur velle, aliàs enim comparatur etiam filiofamilias, quo titulo possit saltem sibi acquirere quasi castrense peculium (quod nemo admittit) sed ex eo quòd per Professionem, accedente juris dispositione spoliatur omni proprio. In quo cum Abbas sit æqualis conditionis cum suis Monachis, ideo sicut illi, ita nec ipse potest quidquam acquirere, vel proprium habere.

Et hæc quidem in communi; cæterùm potest hinc ad commendationem congerere non pauca alia jura, & privilegia, Abbatibus diversis in particulari concessa. (1) Abbatibus nulli liceat sibi quidquam proprium vendicare. Regula Patrum cap. 2.

fa, tam secundum statum civilem, quam Ecclesiasticum, in quibulvis provinciis.

Nam primò quando Imperium fuit translaturum in Occidentem, & Teutones; fundata similiter fuit translatio, in quaternario numero, & designatis ex cæteris, quatuor ducibus principalibus, qui dicerentur Duces Imperii IV. Comitibus IV. Baronibus, &c. fuere designati item quatuor Abbates, (ut refert Munst. in sua Geograph. Et Maiol. lib. de Maest. Imp. Qui sunt ex primoribus Imperii Principibus, & præ cæteris eminent, nempe Fuldensis, Campidonensis, Murbacensis, & Weifsenburgensis, omnes Ordinis S. Benedicti. Ad quorum gloriam successivis temporibus, non pauci alii, benignitate Imperatorum assumpti sunt, & inter Principes Imperii similiter assumpti, ut Lurendensis, Einfidlensis, S. Galli, S. Lamberti, &c.

His addo (quod plenius suo loco dicam) Abbatem Calsinensem fuisse à Carolo Magno, & Ludovico Pio creatum Vice-Imperatorem, & super-Intendentem negotiis Imperii. In Gallia verò moris fuisse, ut Rege absente Abbates S. Dionysii Regnum administrarent, ut de Suggero, & Matthæo Vindocin. testantur Guaguin. Belforest. & Claud. Robert.

Quid memorem alios Abbates, qui Superioriorem in terris non recognoscentes, summum jus in sua ditione exercebant, ut Luxoviensis, & adhuc de præfenti Monachi Lerinenses, in Sbourg.

Sanè non tacendum jus gladii concessum Abbati Campidonensi, & privilegium interessendi, ac exercendi iudicium sanguinis sine periculo incurrendæ ullius irregularitatis. Quod etiam Abbati B. V. Rivipolensis competere affirmat Tambur. in op. suo de jur. Ab.

Verùm quantum vita præfertur mortui, tantum etiam plus æstimo privilegium aliud,

M

aliud,

aliud à Rogerio Duce (poſtea Neopolis & Sicilia Rege) conſeſſum Abbatibus Cava; ut per omnem dicti Regis ditionem poſſent reos vita donare, ſi ſibi obviarent, dum ad patibulum ducerentur, eo modo quo olim Romani veſtibus ſuis conſeſſerant, & de Cardinalibus aſſeritur.

31 Etiam hic commemorabo quibusdam Abbatibus noſtri Ordinis S. Benediſti fuiſſe ſceptrum conſeſſum loco baculi paſtoralis, quo communiter alii utuntur, ut Caſſin. quem Petr. Diac. refert, per ſceptrum olim debuiſſe inveſtiri ab Imperatore, & S. Ambroſii Mediolan. de quo item refert Tambur. quod dum ad celebrandum Pontificaliter pergit, non baculum paſtoralem, ſed ſeptrum tenet in manibus.

32 Huc accedit jus eudendi moneram, quo olim Abbas Cluniaceniſis utebatur meminiſſe me aliquando nummum vidiffe ſub inſigniſ perilluſtris illius Monafterii cuſum.

33 Quod ſi ad ſtatum Eccleſiaſticum convertamus oculos, nec ſecondum eum minus claruiſſe Abbates videbimus, nam primò ego lego apud Yopez, (a) quod antequam Cardinales eveheretur ad eam gloriam, in qua nunc cum admiratione univerſus orbis eos conſpicit, fuiſſe Romanæ 22. Abbates, Omnes S. Benediſti, qui Romano Pontifici ſacra facienti ſemper aſſiſtebant, ut nunc faciunt dicti Cardinales.

34 Hinc ego lego apud eundem Yopez Uvion. & Belforeſt. Calixtum II. creaviſſe Cardinales, Abbates S. Trinitatis de Uvindocino, titulumque S. Prifea, jure perpetuo eis attribuiſſe. Ac item Abbates Cluniaceniſ. & Ciſtercieniſ. cum ad Curiam venire contingeret, inter Cardinales

(a) In Chron. Ord. S. Benediſti. centur. 1. in impreſſis Gallica in append. t. 6. Uvion. li. 2. ſigni vitæ c. 11.

nales fuiſſe adſcitos, & in Coſiſtorio hinc inde ad pedes Sanctiſſimi locum tenuiſſe, ut refert Caſſan. in cat. glor. mundi p. 4. conf. 31.

Hic etiam locus debetur Abbati & Principi Fulda; quem glorioſo Titulo, Primatis per Germaniam & Galliam proſequentur, tum antiqui ſcriptores, tum moderni: nempe ob merita S. Bonifacii Apoſtoli Germaniæ, & Primi Fundatoris Monafterii Fuldenſis, ut & Eccleſiarum illius gentis.

Adde & non paucos Abbates qui olim ſacrabantur in Episcopos, ſicq; ſacro ſedere humilitatem Monachicam in ſua perſona, cum Episcopali gloria ſociabant: adeo ut idem eſſet Abbas, & Episcopus & eorum Monachi ſimul forent Canonici; ut nunc de præſenti videre eſt in Monafterio Maleaceniſi in Gallia: & olim fuere in Anglia; Roſſenſe, Cantuar. Vintonienſe, Ciceſtr. Convent. Batton. Lycheſeld. & Elienſe uſque ad ultimam extinctionem Eccleſiæ, ut refert Reynet. in Apoſt. tract. 1. ſ. 3. ſ. 1. Qualis item fuiſſe olim Eccleſia Cathedralis Vormaciæ, teſte Demochar. lib. de ſacriſ. Miſſ. Cathedralis de Aſtorga in Hiſpania teſte Yopez cent. 2. Salisburgenſis, &c.

Sed ſingulare, & non prætereundum, in hoc ſermone de præcellentiâ Abbatum eo uſque olim nonnullos fuiſſe eveſtos gloriæ, ut raro & inuſitato admodum exemplo, Episcopos eis ſubiicerentur, ut Caſſinenſi, quem ſub ſua juriſdictione tenuiſſe IV. Episcopos refert Petr. Diac. in ſua Hiſt. Et Huenſi cui teſte Vener. Beda lib. 2. hiſt. Ang. cap. 4. omnes Episcopos Scotiae, & Hiberniæ ſubiiciebantur.

His addere poſſem non pauca alia, ut quod olim Abbates S. Martini Dumienſis autoritate Conciliorum erant Præſecti familia Regum Suevorum quando tene-



tenebant Galaciam, ut ei circa divina ad-  
rigilabant, ut refert Ambros. Moral. in  
sua Historia.

Quod Reges Gallie cum ad bellum  
procederent, accipiebant auristamen de  
manu Abbatum S. Dionysii, &c. Verum  
quia hæc singularia, & præter institutum  
mihi propositum, ( qui generalia, & com-  
munia omnibus, tractare intendo ) ideo  
& ab his calammum retrahens, aliis mate-  
riis concedo.

CAPUT II.

Circa Benedictiones, & Consecrationes.

SUMMARIUM.

- 1 Regulares possunt petere benedictiones sibi neces-  
sarias ab Episcopis, qui per eos transeunt vel  
quemcumque Episcopum pro eisdem ad sua  
Monasteria vocare 2.
- 2 Hoc non est revocatum in Tridentino.
- 3 Regulares possunt invitare quemcumque Episco-  
pum ad Celebrandum Pontificaliter in suis  
Monasteriis. Et non revocatur in Trid. ibid.
- 4 Regulares possunt consecrare suas Ecclesias. Et  
easdem polluz reconciliare.
- 5 Regulares possunt conficere aquam Gregoria-  
nam & quando. ib. d.
- 6 Ecclesia simpliciter benedicta, si polluitur, potest  
reconciliari à simplici Sacerdote.
- 7 Ecclesia polluta non eget reconciliatione, nisi de-  
lictum sit notum & præcedat sententia, se-  
cundum aliquos. 9.
- 8 Regulares possunt uti dictis privilegiis in omnibus  
locis sibi pleno iure subditis. Quando sic locus  
dicatur subditus 11.
- 9 Abbates possunt sacrare Altaria portatilia fixa  
13 & 14.  
Campanas & Calices. ibid.
- 10 Abbates possunt uti Chrismate, tam in suis Eccle-  
siis quam in aliis sibi pleno iure subditis.

12 Prælati Regularium possunt benedicere Corpo-  
ralia & alia Ecclesiastica Ornamenta. Et  
hoc undecumque sint. ibid. & non est revoca-  
tum 13.

14 Simplex Sacerdos regularis potest benedicere  
Ornamenta Ecclesiastica. Negatur hoc pri-  
vilegium à nonnullis 15. Sed contra eos asseri-  
tur 16. An secluso privilegio id licitum aliis  
Sacerdotibus 17.

Eugen. IV. concessit Augustinian. & Sixt. I  
IV. Carmelit. ut in defectu proprii Ep-  
iscopi si alius habens gratiam, & com-  
munionem Sedis Apostolicæ, per eos  
transierit, possint ab illo accipere bene-  
dictionem suorum vasorum sacrorum Al-  
tarium, Ornamentorum, & alia ejusmo-  
di, Casarub. v. benedicere nu. 6. & 10.

Monasterio Cassinensi concessere Za-  
char. I. Calixt. II. & Innoc. III. S. Pauli de  
urbe Roma. idem Innocent. & Gregor. IX.  
Cavensi Alexand. III. universa Congrega-  
tioni Cassinensi Eugen. IV. Ut pro conse-  
crandis Altaribus, Ecclesiis, valibus sa-  
cris &c. possint Prælati ad eadem sua Mo-  
nasteria vocare quemcumq; Episcopum,  
etiam si proprius adsit: & absq; ulla ipsius  
licentia. Margarin. in Bull. Cassin. const. 63.  
quæ incipit: Etsi quaslibet. Et const. 64.  
quæ incipit: Regularem vitam & Roder. r. 1.  
B. 9. & 11. Eugen. IV. Idem concessit Mino-  
ribus Leo X. ut refert Casar. v. benedicere  
nu. 15. Et rursus Jul. II. ut idem ait v. Eccle-  
sia. Sed eo tantum casu cum proprius Epif-  
copus bis aut ter requisitus, recusat bene-  
ficium impendere. Vide Gloss. c. cum &  
plantare de privil. s. in Ecclesiis.

Nota autem circa hæc privilegia, 3  
quod à nonnullis dicuntur revocata pro-  
pter dispositionem Trid. sess. 6. c. 5. de Res.  
& sess. 14. c. 2. ubi sic dicitur. Nulli Episcopo  
licet cuiuscumque privilegii prætextu, Pontifi-  
calia in alterius Diœcesi exercere, nisi de ordina-  
rii licentia expressa, & in personas eidem ordi-  
nario

M 2 nario

navio subjectas tantum. Si secus factum fuerit. Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinari ab exercitio ordinum sint ipso iure suspensi. Puto tamen ego, Primo quod ubi Tridentinum non fuit receptum gratis allegatur hæc ejus dispositio contra prædicta privilegia, quin potius ea omnia adhuc valere juxta omnem concessionis tenorem. Secundo, Quod ubi Trident. fuit receptum hæc dispositio mihi videtur respicere non Regulares, sed Episcopos, ut ejus intentio, & voluntas fuerit, non tollere prædicta privilegia, sed quosdam Episcopos qui prætendebant se posse ubique Pontificalia exercere virtute quarundam concessionum, quas dicebant se habere, ab hac praxi prohibere. Tertio, Quod illa prohibitio Tridentini non est generalis, nec debet intelligi de exercitio, quorumcunque Pontificalium, & in quocunque actu, sed solum de collatione Ordinum, uti declarat ipse textus constitutionis sub finem, secundum cujus finis verba, sunt regulanda antecedentia. Quarto, Quod Trident. fortè aliud non voluit, quàm innovare dispositionem *c. non liceat d. 92.* Nam ibi ad marginem citatur. Et Aug. Hunnaus in approbatione harum citationum, dicit textum Tridentini esse secundum illas intelligendum. Licet autem in prædicto capite prohibeantur Episcopi exercere Pontificalia in aliena Diœcesi, non pauci tamen, nec ignobiles Canonistæ interpretantur illam prohibitionem, non de simplici, & nudo usu Pontificalium, aut exercitio, eorum præcisè, quæ sunt ordinis Episcopalis, quales sunt consecrationes, sed de exercitio propriè dicto Pontificalium, puta cum adjuncto aliquo iurisdictionis actu. Ex quibus omnibus patet, quàm malè torquatur locus supra relatus Tridentini, contra supra memorata privilegia.

Sicut autem possunt Regulares eorum virtute vocare ad sua Monasteria quocunque Episcopum pro benedictionibus, & consecrationibus, sibi necessariis, ita à fortiori pro celebranda Missa Pontificali, in suis ipsorum Ecclesiis, non obstante Tridentino, nam etiam seclusis privilegiis licitus est usus Pontificalium, qui non habet adjunctum actum aliquem iurisdictionis, ut superius dicebam, & docent Host. *c. fin. de usu & auct. pall.* Panor. *c. anti. qua de privileg.* Gloss. Clem. Archiepiscopo. eod. & Laudun. eod. quamvis de jud. c. Quorum autoritas facit rem probabilem. Et ita etiam pro locis exemptis (qualia sunt Regularium Monasteria) tenet Barb. *de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 80.*

Benedictus XIII. concessit Cassinens. Jul. II. Mimms Leo X. Minoribus ut Prælati possint suas Ecclesias solemniter benedicere, sua Oratoria, & Cœmeteria, vel contingat pollui sanguinis aut seminis effusione, seu quavis alia via, reconciliare per aquam Gregorianam ab aliquo Episcopo factam, quam tamen ipsi facere poterunt, si intra duas dietas, non reperiat Episcopus, à quo illam possint accipere, dieta verò est spacium 7. leucarum Joana. de la Cruz. *in epi. privileg. lib. 2. c. 5. dub. 9. tit. 4. Confess. in summar. mar. magni a. 6. Portel. v. benedicere. Casar. eod. v. & v. Ecclesia Hugolin. de off. ep. c. 29. §. 7. Sayr. de censur. c. 10. num. 31. Henriq. lib. 9. de miss. cap. 27. Rodet. tomo 1. q. 19. art. 6. Barbof. de off. & pot. ep. p. 2. all. 28 & alii apud ipsos. Et Marchin. de sacr. ord. tr. 3. p. 3. c. 10. n. 14. refert se olim juxta hujus privilegii tenorè, Ecclesiam sui ordinis Ticini reconciliasse, & aquam Gregorianam, in hunc finem fecisse & cum post factum multos habuisset adversarios ex Curia Episcopali, v. rso privilegio & auctoribus a quibus refertur, tacuisse; Cum tamè P. Barnabita (quorū ord. est March. hoc*

hoc privilegium non habeant nisi per communicationem, atque ideo illius originalis in sua defensione non exhibuerint, sed solum auctores, à quibus refertur consensum supramemoratis Ordinibus.

Pro luculentiori autem instructione nota 1. quòd quando aliqua Ecclesia poluitur, si non erat consecrata, sed tantum benedicta, potest à simplici Sacerdote absque ullo privilegio cum aqua benedicta communi reconciliari. per c. ult. de consec. altar. ubi Abb. Sed tamen oportet habere licentiam Episcopi, ut dicit textus Canonis, & tenent Sylv. v. consecratio 2. m. 7. Alor. 2 p. inst. lib. 9. c. 5. quæst. 5. Pollevin. in pra. aur. c. 2. de Sacrif. Miss. in sim. & Barb. de off. & pot. ep. p. 2. all. 28. Hoc est ex decencia non est obligatio, si placeat credere Laymanno in Theol. Mor. lib. 5. c. 1. c. 5. n. 12. Secundo, Quòd sive Ecclesia sit consecrata, sive non, ad hoc ut post pollutionem, indigeat reconciliatione, oportet delictum esse notorium seu per evidentiam facti, seu per depositionem testium in iudicio, aut confessionem rei similiter in iudicio, aut per publicam famam, ut ait Gloss. c. umc. de consec. Eccl. in 6. Marchin. cit. n. 10. Navarr. in sum. c. 23. num. 34. Conin. de sacr. qu. 83. d. 1. art. & Sor. d. 13. qu. 2. art. 3. Quin etiam addit Not. in sum. Dian. v. poll. Eccles. & quem ibi citat Fagund. requiri sententiam iudicis, licet ad vitandum excommunicatum, quia pollutio est quædam pœna, quæ imitatur naturam censurarum. Quod ego intelligo in casu dubio, non autem in aliquo ex relatis, nam etiam in censuris non est oppositio sententia iudicis, quando casus est notorius. Tertiò. Quòd privilegia supramemorata valeant non tantum pro ipsis Ecclesiis Regularium, in quibus illi officia divina perloviunt; sed pro omnibus aliis quæ sunt pleno iure subiecta ipsorum Mona-

steriis, quia sunt verè sua, & ex dispositione juris, ac seclusis privilegiis, possunt Abbates in illis exercere pontificalia. c. Abbates. de privil. in 6. Quid autem sit Ecclesià aliqua esse subiectam uni Monasterio pleno iure. Resp. talem dici, quando Monasteriũ haber in illa utramq; jurisdictione hoc est spirituale & temporalem, & in illa irrequisito Episcopo, instituit, & destituit Clericos. ut notat Gloss. c. v. s. 16. q. 2. c. Abbates cit. c. cum & plantare § in Ecclesiis. extr. eod. & c. quoniam eod. v. nroq; Ubi scitè monet Glossa, non desinere esse talem, licet fortè Episcopus aliqua temporalia in ea habeat, seu recipiat per c. cum venerabili. de cens.

Pius IV. año 1565. die 6. Junii. cõcessit 12 Abbatibus Alma Congr. Cassin consecrationem altariũ portaliũ. Habetur ad finem reg. impressæ cum conslit. Inoc. VIII. Abbati Cisterci, & quatuor ejus Coabbatibus. Et Paul. III. Abbati Vallis scholariũ consecrationem altarium etiam fixorũ. Bull. Cassin. const. 260. & 343. & Tamb. r. 1. de iur. Abb. d. 23. q. 4. Ubi ait iure cõmunicationis idè posse omnes alios Abbates, ac refert, quòd cum an. 1624. Visitatores Apostolici visitassent altaria Ecclesiæ S. Praxedis Romæ sua Congr. Vallisumbrosæ, ac dictum fuisset illa esse consecrata ab Abbatibus ejusdè Monasterii, seu Congr. hoc non improbaverunt. Et novissimè an. 1644 die 16. 14 Apr. Sacra Card. Congr. declaravit contra Episcopum Placentinum. Idem posse Abbates Cassinensis Congreg.

De Calicibus & Campanis, an possint 15 benedici seu consecrati à Prælati Regularium, ita concessum invenio Cassinensibus, super quo cum Episcopus Patavinus litem eis movisset. S. Card. Congr. anno 1620. die 5. Apr. confirmando eorum jura declaravit, id ipsis licitum.

Quantum demum ad Ecclesias ipsas,

REGIA  
BIBLIOTHECA  
PADERBORNENSIS  
IN REGIS  
PALATII  
PADERBORNENSIS  
BIBLIOTHECA  
PADERBORNENSIS

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

an possint item consecrari à Prælati Regulariū, refert Vincent. Barrali, in Chronol. Lerinensi Aldebert 2. Abbatem sacre illius Insulæ, an 1088 una die (quæ fuit 4. Octob.) consecrasset in illa tres Ecclesias, nempe Majorem; S. Mariæ (quam vocant de pietate) illi conjunctam, & S. Crucis intra turrin. Quod privilegium jam est cōmune toti Congr. Cassin. cui fuit unitum prædictum Lerinense. Et hoc ipsum longè post, in eodem Cassinen. concessit Bened. XIII. *Minoribus* Leo X. & *Minimis* Jul. II. Cruz, & alii citati nu. 6. Circa quod, & tria præcedentia adverti, Sacram Rit. Cōgreg. statuisse, non posse Abbates (etiam benedictos) illa benedicere in quibus intervenit chrisimatis unctio; Verum postquam debite fuit informata de privilegiis Dominorum meorum Cassinensium; an. 1606. & rursus an. 1614. in eorum gratiā declaravit se suo illo anteriori decreto nō comprehendere Abbates habentes privilegia Apostolica ad talia. Quin imò ipsis licere, secundum eorundem privilegiorum tenorem, uti Chrisimate. Et hoc velim intelligas non tantum de suis Ecclesiis, sed etiam de aliis unitis, ac pleno jure subditis suis ipsorum Monasteriis, secundum dicta superius in notis ad n. 5.

11 Innocent. VIII. concessit *Cassin.* & *Cisterciens.* Idem Innoc. & Leo X. *Minoribus.* Et Pius V. Ordini *S. Hieronymi*, ut Prælati & in ipsorum absentia, eorundem locum tenentes, possint benedicere Corporalia, ornamenta Ecclesiastica, & omnia alia, in quibus non intervenit Chrisimatis unctio. Et hoc undecunq; eis benedicenda offerantur. Roder. *to. 1. qq. reg. 19. ar. 2.* Diana *tr. 2. dub. reg. ref. 4.* Portel. *v. benedicere.* Cafar. *cod. v.* & Capuccin. *in annot. ad idem v. nu. 11 & 14.* Cum aliis *infra cit.* Nota autem circa hoc privil. S. Cardin. Congr. declarasse, Regulares non posse benedi-

cere ornamenta, pro Ecclesiis sibi nō subditis, & consuetudinem contrariam non valere. quam & abrogavit an. 1629. die 18. August. ut inter alios refert Cayant. *in com. in rubr. Missal.* Sed Marchin. *tr. 3. de Sacram. Ordin. p. 3. cap. 12. n. 3.* Tambur. *tr. 1. de iur. Abb. d. 22. qq. 2.* Suar. *to. 4. de Rel. tr. 1. lib. 2. cap. 30.* Diana *cit.* & alij apud ipsos dicunt, illa declaratione non obstante, locum esse adhuc privilegio, quia constat de ejus concessione, non de revocatione. Adde, quòd Regulares non benedicunt ornamenta ex consuetudine solum (ut videtur illud decretum supponere) sed virtute privilegiorum Apostolicorum. Et cum S. Congreg. nō abroget nisi consuetudinem, manent ideo prædicta privilegia, ea non obstante, in suo vigore. Quantum verò ad alias declarationes, quæ fortè possent allegari aut fingi, contra eadem privilegia. Respond. eas non habere vim legis, neque esse receptas, pro quo vide dicenda *sect. 4.*

Sixt. IV. concessit *Minor.* ut simpliciter sacerdotes possint benedicere omnia ornamenta Ecclesiastica, exceptis Corporalibus, pro quibus tamen benedicendos possunt, ex eadem concessione, accipere licentiam à suis Provincialibus. Roder. *to. 1. qq. reg. 19. ar. 1.* Cruz. *in epit. privil. d. 2. cap. 4. concl. 3.* Bauny *in Theol. Mor. qu. 1. de Sacrif. Miss.* Sa *v. benedicere.* Armil. *v. consecratio.* Confett. *in sum. maris magni.* Corraf. *in sum. privileg. mendic. in resp. d. 1. cens. cum aliis infra citandis.*

Nota, quòd nōnulli Superiores Regularium, invidentes hoc privilegium in inferioribus, dicunt (sed non secundum scientiam) illos non posse eo uti hoc tempore. Tum quia appellatur Oraculum Crucio, sicut de factò, Roder. reponit lud inter Oracula sextina, unde quia Urban. VIII. abrogavit Oracula, ideo & hoc ab-

abrogatū volunt. Tum quia idem Roder. licet refert, illud nunquam fuisse in usu quod Minores eò quòd statim post concessionem, in proximè secuto Capitulo generali, restrictum fuit ad Guardianos privativè ad simplices Sacerdotes. Ex quo fit quòd cum inter Minores soli Guardiani seu Superiores hoc privilegio utantur, ideo & inter alios Ordines, solos similiter Superiores posse sibi illud vindicare, cum ad illos non derivetur, nisi per viam communicationis. Verum hæc omnia gratis dicuntur, & nullo modo obstant quò minus simplices sacerdotes suo privilegio utantur, juxta tenorem suæ originariæ concessionis, tam in Ordine ipso Minorum, quàm in aliis cum illo communicantibus. Non primum, quia licet privilegium appelletur Oraculum ab aliquibus, & inter Oracula censeatur, non tamen ab aliis omnibus. Sunt enim plures, qui absolutè privilegium vocant, & inter alia privilegia per Scripturam concessa reponunt. Deinde etiam concessio quòd originariè fuerit emanatum per Oraculum, attamen virtute confirmationis subsecuta, & facta per Scripturam, accepit vim & naturam constitutionis scriptæ & propriæ dictæ, atque ideo sub revocatione Urbani non comprehenditur juxta dicta *sect. 1. cap. 4. ubi de cons. priv. quia vero quæ vide. Sed neque contra hoc privilegium obest alia obiectio de restrictione facta à Minoribus. Tum quia in communicatione privilegiorum, non communicantur privata restrictiones, privatorum Ordinum, aut personarum utentium, vel usus & non usus (hæc enim non sunt privilegia, sed ipsa gratia prout emanavit in sua origine à Papa, juxta dicta ubi de communic. v. vis autem. Et ubi de usu, v. 8. Hoc autem privilegium emanavit à Papa pro simplicibus Sacer-*

dotibus, Ergo &c. Et ita Portel. v. benedicere in addit. Refert Dominicanos in praxi observare, & hoc privilegio uti, quamvis illud habeant per solam communicationem cum Minoribus. Tum quia etiam in ipso Ordine Minorum illa restrictio cuius meminit Roder. sicut & Statuta Capituli in quo facta est, non fuerunt recepta in multis Provinciis, ut qui post Rodericum scripsit, notat & testatur Chassaing. *tr. 7. de privil. regal. cap. 4. prop. 1.* Et sic manet privilegium factum simplicibus Sacerdotibus, tam in ipso Ordine Minorum, quàm in aliis cum ipso communicantibus. Et ita præter Portel. & Chassaing. tenent PP. Recollecti in comp. Roder. v. benedicere. Bauny Sa, & Cruz. in initio citati. Corraf. item citatus, qui ibi reponit hoc privilegium inter communia omnibus Regularibus Mendicantibus. Et tandem (ut alios mittam) Possevin. in *pra aur. cap. de sacrif. Miss. num. 37.* Vbi non modò dubitat de ejus validitate, & usu licito, quin potius ita certum supponit, ut ibi hortetur Parochos, ad petendam benedictionem suorum ornamentorum, à Regularibus, quos per suas parochias interdum transire contingit. Et sic recapitulando pro validitate, & usu licito hujus privilegii. Ego produco familiam Recollectorum (nobile membrum Ordinis S. Francisci) cum septem authoribus, qui communiter recipiuntur in aliis materiis, nempe Portel. Sa, Corraf. Cruz, Possevin. Chass. & Bauny. Quibus adde alios allegatos, nempe Cordub. Molph. Mirand. Bonac. & ipsum Roder. Quorum omnium auctoritas facit mihi hanc opinionem indubitamam.

His addo, quòd fortè dici posset, Sixt. 17. f. v. sua illa concessione solum jus antiquum ostendisse potius quàm privilegium

gium tradidisse, & secluso privilegio posse simplices Sacerdotes benedicere omnia Ecclesiastica ornamenta, exceptis Corporalibus. Nam de jure communi omnia Sacerdotalia permilla sunt Sacerdotibus, nisi sint Ordinis Episcopalis vel specialiter Episcopis attributa, privative ad Sacerdotes simplices, vel illis interdicta, c. ecce ego. d. 95. & cap. legimus. d. 93. At in jure specialiter prohibentur Sacerdotes Ordines conferre, vel Sacramentum Confirmationis, Chrisma conficere, Virgines vel Ecclesias, seu Altaria consecrare. cap. quamvis. d. 68. Item solemniter populo benedicere, vel poenitentes reconciliare. cap. ministrare. 26. quest. 6. Item Corporalium benedictio specialiter attribuitur Episcopis, in cap. consulto. d. 1. de cons. Cum vero in anteriori cap. vestimenta. eod. dicantur debere esse sacrata, hoc est benedicta, neque hæc benedictio attribuitur Episcopis, sequitur, quod sit relicta simplicibus Sacerdotibus, exceptio enim firmat regulam. Et ita tenet. Angel. in sum. v. benedictio. num. 1. Quamvis Sylv. eod. v. num. 4. dicat contrarium. Circa quod attendenda erit locorum consuetudo, quæ solet jura interpretari manente interim privilegio, de quo hæc tenent in suo vigore.

C A P. III.

Circa Bona.

S U M M A R I U M.

- Regulares non tenentur ad decimas, quartam funeralium &c. num. 1. 2. & seqq.
- 6 An hæc privilegia valeant. & 7.
- 8 Regulares possunt alienare bona, sub diversis modificationibus etiam legata, & non obstante voluntate testatorum. 12. & 13. & seq. ibid.
- 14. Hæc privilegia possunt compleri per se invi-

cem. Sed alia solemnitates à jure præscriptæ servandæ. 15.

19 Bona Regularium non possunt præscribi. Neque etiam Privilegia. 18.

Eugen. IV. an. 1436. die 3. Julii exemit omnia Monasteria almæ Congreg. Cassin. à solutione decimarum, & canonice portionis, ex relictis, legatis & donatis, tam per ultimas voluntates, quam inter vivos, seu quavis alia occasione acquisitis, de præterito, & de futuro acquirendis, & à quibuscunque præcedantur. B. quæ incipit: Ad Ecclesiarum.

Nicolaus V. derogando clem. dudum de sepult. exemit Carmel. à solvenda quarta

Ecclesiarum parochiali, de rebus seu bonis, quæ illis obvenerunt per funera fidelium

legata, ultimas voluntates, seu quavis alia via. Item Sixt. IV. exemit Dominum

à solvenda quarta, de quibusvis rebus, aut ad quemvis finem eis datis, excepto

funeralibus. Idem concessit Minimus Julius II. ac simul eos exemit à solvenda

decimis, primitiis, novalibus &c. Quibus motu proprio, & ex certa scientia, ipsis

firmavit Leo X. Ac demum Pius V. confirmavit omnes exemptiones communicavit

omnes Ordines Mendicantium per Bullam quæ incipit: Esti Mendicantium. Cujus

dispositiones deinde extendit ad Ordines seu Congregationes non Mendicantium

per Bullam quæ incipit: Ex Supreme dispositione arbitrario. Vide Casar. v. Canon. portu.

Peyrin in const. Jul. II. &c. Ubi tamen advertitur. quod illa extensio facta à Pio

V. uti & Bulla: Esti Mendicantium, aliquid à nonnullis revocata à Gregor. XIII.

successore, per aliam Bullam quæ incipit: tanta, quod tamen alii negant, de qua

nobis amplius sermo fact. 4. dub. 4. Secundo. Quod quidquid sit de B. P. supramemorata privilegia valde admittuntur, imò in aliquibus locis, quibus

partem rejiciuntur propter illa que diximus *section. 1. cap. 5. de intel. privileg. v. 2. quando.* Verum ne rejiciantur, obstant clausula motus proprii, & certa scientia, sub quibus inveniuntur concessa, secundum dicta *ibid. v. ratio autem.* Sed tamen non possunt extendi ad alios Ordines, etiam habentes communicationem cum his, quibus concessa sunt, juxta notata ubi de *acquis. privil. per viam. com. v. fallit tamen.* Quæ omnia debent ad invicem conciliari, cum praxi cujusque loci, ut certi quid hac in parte diffiniatur.

8 Eugen. IV. concessit Congreg. Cassin. facultatem alienandi, de bonis Monasteriorum usque ad summam 200. florenorum, auri de camera, cum solo consensu Capituli generalis, vel Præsidentis, & Visitatorum. Bull. quæ incipit: *licet ex debito.* quæ est 66. in Bullar. ejusdem Congreg.

9 Gregorius XIII. concessit Societ. Jesu quamcumque alienationem, quorumcumque honorum, & cujuscumque valoris, sola licentia Generalis intercedente modo, si alienatio fiat per emphyteusim, hæc non extendatur ultra tres generationes Roder. *tom. 2. B. 20. eius greg. Et Barbof. de off. & pot. ep. p. 3. alleg. 95. num. 60.*

10 Idem Gregor. XIII. concessit Augustin. alienationem quorumcumque bonorum mobilium vel immobilium, cum consensu duarum partium Conventus, & modo, si alienatio fiat per emphyt. hæc non extendatur ultra duas generationes. Quod si iudicetur ulterius extendenda, permittitur Generali Ordinis licentiam dare nomine Sanctissimi Rod *B. 5. eiusdem greg.*

11 Et Leo X. idem ferè concessit Monialibus 2. & 3. Regulæ Ordinis Minorum, ut nimirum quæcumque bona, & cujus-

cunque valoris, possint alienare, cum consensu duarum partium Conventus, & Generalis Ordinis, vel saltem Provincialis. Roder. *B. 26. ejusd. Leon. & Casar. v. alienatio. num. 5.*

12 Jul. II. concessit Minimis, ut non obstante testatorum voluntate, possint alienare bona sibi legata, etiam immobilia. Cannart. *in sum. privil. passat.*

13 Sixt. IV. & Leo X. concessere Minoribus facultatem ut bona sibi seu legata à vivis donata, ad certum locum vel usum possint (secluso scandalo) in alium commutare, & applicare. Portel. *v. Elec. mosyna. Roder. v. commutare, & v. legata. & Roder. in oracul. eius. Sixti & Leon.*

14 Nota autem quòd cum hæc omnia sint facta communia omnibus Ordinibus, ideo possunt Prælati uti alterutro pro arbitrio, & pro ratione rei seu sumæ alienandæ, aut etiam unù privilegium complere cum alio. Verum quia per hæc eadem privilegia, non eximuntur Regulares, nisi à petenda licentia Sedis Apostolicæ, pro suis alienationibus, ideo in occurrentia casus tenebuntur observare alia, seu ex dispositione Juris antiqui, seu recentiorum constitutionum Apostolicarum præscripta pro alienandis bonis Ecclesiasticis, sin autem, poterit rescindi contractus.

15 Eugenius IV. pro mihi omnimodis observanda Congreg. Cassin. & S. Joan. Bapt. in Lusitania fancivit, nullam præscriptionem valere contra illarum bona, nisi sit 60. annorum. Bullar. Cassin. *const. 59. Roder. tom. 1. qq. reg. 8. art. 5. & Tambur. to. 1. de iur. Abbat. d. 17. quest. 14.*

16 Pro sacro vero Sublacensi Monasterio, nulla valet præscriptio, nisi sit 100. annorum constitutione Calixti II. Neq; pro Monasterio S. Pauli de urbe Roma, nisi similiter sit 100. annorum, const. Innocent.

N nocent.

PRIVILEGIA  
 MONASTERIORUM  
 ET  
 REGULARIUM  
 IN REGVLAS  
 MONASTICAS  
 POSTULANTIA

nocent. Honor. & Pauli III. Greg. IX. & Alex. VI. Neque pro Monasterio S. Laurentii in Aversa const. ejusdem Innocent. III. Neque pro Monasterio S. Trinit. Cavae const. Urbani II. & Alex. III. Portel. v. *præscr. contra bona. Et v. privil. cessat. per non usum. Cruz in epit. privil. lib. 2. c. 3. dub. 2. Chassaing. tract. 1. c. 5. prop. 1. Cherubin. & Margarin. in suis Bullar. & Baron. tom. 2. Annal.* Et quia privilegia computantur inter bona Monasteriorum, & Ordinum, ideo Cherub. Portel. & Cruz citati, quos sequuntur Diana & Marcellin. à Sancto Bened. scite inferunt, non posse ea præscribi minori spacio.

Sed & pro Monasterio Sancti Petri de Mutina. Federic. I. Imperator an. 1159. die 1. Aug. sancivit, nullam præscriptionem, & cuiuscunq; temporis ei obesse posse, in requirendis suis bonis. Ac rursus idem Feder. anno 1163. die 10. Novemb. Et post ipsum Henric. VI. anno 1196. die 21. Octob. pro Monasterio Sancti Petri, de Perusio, eandem legem tulerant, uti videre est ad longum in *Bull. Margar.* Et quia hæc privata privilegia facta sunt communia toti Congreg. Cassinensi (cujus sunt illa duo Monasteria) atque inde aliis Ordinibus, ideo sicut superius dixi ex Cherub. & aliis citatis, necessarium esse lapsum 100. añorum ad præscribendū contra jura, privilegia, vel bona regularium juxta privilegium Sublacense Sancti Pauli & aliorum Monasteriorum, quæ lege cōmunicationis facta sunt omnibus cōmunia, ita virtute istorum, quæ similiter omnibus sunt communia, nunc dico nullam præscriptionem currere, contra 39 regularium. Neq; obstat quod hæc privilegia sint emanata ab Imperatoribus, atq; ideo videantur habere locum in Imperio, vel retri ei feudatariis solum, vel respe-

ctu bonorum temporalium solum, nam fuerunt post modum confirmata, innovata, & de novo cōcessa, à diversis Romanis Pontificibus, & sic valent, non solum ut sunt ab Imperatore, sed etiam ut à Papa, atque ideo per universum orbem, & universas Provincias Ecclesiæ subjectas, & tam quoad temporalia, quàm quoad spiritualia, unde non puto tutos in conscientia hos qui bona Monasteriorum retinent, sola longi temporis præscriptione freti, vel ex hoc quod fortè hæc privilegia non sunt emologata in curiis secularibus, cum non possint ab illis impedi-ri vel rejci, at tunc quod sunt data super bonis Ecclesiasticis, quæ solius Sedis Apostolicæ dispositioni, & moderationi subsunt, non autem temporali Principum temporalium.

## CAP. IV.

## Circa Confessiones passivæ.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares possunt absolvi ab omnibus peccatis quantumvis enormibus, & reservatis 5. 6. 12. 19. 17. & 24.
- 15 Etiam à reservatis in Bulla cœnæ. 17. & 24.
- 1 Et ab omnibus censuris. 2. 3. 4. 6. 8. 15. 17. & 27.
- 1 Et ab omni irregularitate. 2. 4. 9. 11. 13. 16. 17. 27.
- 1 Et ab omni infamia & 17.
- 1 Et ab omni inhabilitate. 17. 21. 23. & 29.
- 5 Regulares possunt absolvi à suis Confessionibus plenitudine qua à Papa absolventur, & innocentie restitui cui ab ipso restituerentur. hoc pro consolatione. 31.
- Regulares possunt accipere benedictionem Pœnitentiam à suo Confessario. ibid.
- 30 Privilegia pro absolutionibus, possunt competere se invicem.
- 33 Quomodo hæc possint applicari Novitiis.
- 32 Ut quis absolvatur, sufficit fecisse opus præceptum.
- 34 Privilegia ad rehabilitationem, valent adhiberi





expositis per Superiorem, à quo absolvantur ab omnibus peccatis, & excessibus, etiam Papæ reservatis. Cōpend. privileg. Ord. Cisterc. Hispan. v. indulgentia. n. 5.

- 13 Sixt. IV. concessit Cisterciensibus, ut omnes Abbates, Priores monachi novitii, conversi, oblati, famuli, procuratores, & nuntii, qui venerint ad Capitulum generale, possint per suum Confessarium, cui ex dispositione sui Superioris confitentur, vel quem ipsi elegerint, absolvi ab omnibus excom. suspens. interd. & pœnis, à jure, vel ab homine, quomodocunq; vel quacunq; occasione, vel causa latis. Et ab omnibus peccatis & criminibus (etiam si sint talia, de quibus Sedes Apostolica meritò esset consulenda.)
- 14 Et cum iisdem dispensare, in omni irregularitate, quovis modo, & qualitercunq; contracta. Bullam ad longum refert Roder. to. 1. Bullar. Et est ibi 46. inter Sixtinas.

- 15 Jul. III. concessit Cassin. ut tam Professi quàm Novitij, possint à suis Prælatibus absolvi à quibuscunq; criminibus (etiam contentis in Bulla Cœnæ Dñi.) Et ab iisdem dispensari in omnibus pœnis, ac irregularitatibus (etiam propter homicidiū voluntarium contractis, modò in Congregatione perseverent. Pius verò V. in B. quæ incipit: *Dum ad congregationem*. Motu proprio, ex certa scientia, de mera liberalitate, & plenitudine potestatis Apostolicæ, iisdem Cassinensibus, concessit, ut Professi, Novitij & Conversi, toties, quoties, possint à suis Prælatibus absolvi, ab omnibus culpis, reatibus & criminibus, sive ante sive post ingressum Religionis commisis, etià si sint de reservatis Papæ vel contentis in Bull. Cœnæ Dñi, & seu casu, seu data opera tales casus commiserint. Et dispensari in omnibus irregularitat. confurgentibus ex ejusmodi casibus, excepta illa

quæ confurgit ex homicidio voluntario, post ingressum Religionis commisso (nò tamen si ante) & ab infamiâ nota. Aut inhabilitate ad officia Ordinis, aliisque pœnis similiter resultantibus, ex prædictis casibus. Imò etiam si in tales pœnas inciderint, eò quòd talibus casibus inquinari, aut censuris ligati, scienter Ordines sacros susceperint, vel Missam, aut Officia divina celebraverint. De quibus absolutionibus, & dispensationibus, nò teneantur facere mentionem apud Sedem Apostol. in quibusvis impetrationibus. Quòd si cõtingat hoc privilegium revocari, idem Pius illud restituit, & toties, quoties, ac decernit in futurum, ac semper fore exceptum ab omnibus suorum Successorum Romanorum Pontif. revocationibus, Novitijs tamen non suffragare declarat, nisi in Congregatione perseveraverint. Bullar. Cassin. const. 172. & 197.

Eugen. IV. concessit Congreg. Vallisole. ut excepta irregularitate bigamiæ, & homicidij, vel mutilationis voluntariæ, possint fratres in omnibus alijs casibus absolvi, & rehabilitari, ad exercitiū sacrorum Ordinum, quoties opus habuerint. Semel verò ad officia, & dignitates Ordinis. Roder. Bulla 1. eiusd. Eugen. Pius IV. concessit Congregat. Olivetanæ ut frater cui opus fuerit, possit eligere Confessarium, qui cum ipso dispenset in omni irregularitate, ad hoc ut officia & dignitates possit accipere, & retinere in suo Ordine. Portel. v. confess. et ga. frat. nu. 19. Vide alia ubi de potestate Prælat. ad absol. & dispensat.

Ex dictis autem collige primò, quòd quantum ad peccata, nullum est tam enorme, quin possint Regulares ab illis absolvi, virtute suorum privilegiorum, quomodocunq; sit reservatū. Et hoc vel semel in vita, juxta privilegium Nicolai



tulum, per aliud Sixti IV. pro Cisterc. vel indefinite per aliud Pii IV. pro Olivetan. vel toties quoties, per aliud Pii V. pro Cassinensibus.

30 Porro licet privilegia illa omnia supra memorata sint disparata, possunt tamen ad invicem conjungi, & unum per aliud com veri in occurrentia casus ut si v. g. poenitens commisit peccatum, cui annexa sit aliqua censura, & simul irregularitas, vel inhabilitas, ad officia Religionis, poterit absolvi virtute unius à reservatione sui peccati virtute alterius à censura, virtute tertii ab inhabilitate, & hoc ab eodem Confessario, & simul ac semel in una, & eadem confessione, & absolutione, &c.

31 Nota verò *Primò* circa privilegiũ Leoninum pro Monialibus, multa ibi dici ad consolationem animarum tantum, nam cum Sacramenta non recipiant suam efficaciam à meritis, vel conditione Ministri, & aliàs excusentur Moniales tum propter sexum, tum propter statum & conditionem, ab adeundo Papa pro absolutionibus sibi necessariis, certè æquè plenè possunt absolvi à suo Confessario ordinario, & Innocentiæ restitui, atque à Papa.

32 *Secundò*. Circa Sixtinum pro Cisterc. Quod non est opus ut poenitens absolvat in ipso capitulo sed satis est interfuisse, ad hoc ut beneficio privilegii gaudeat, quia ratione interessentiæ acquirit jus ad illud, & ad illius commodum, adeo ut possit deinde ubivis terrarum, secundum ejus tenorem, accipere absolutionem sibi necessariam, per proportionem ad illa quæ communiter dicunt DD. de Jubilæo, & eò qui præstitit opera præfixa ad illius consequutionem, videtur enim hic imago quædam contractus onerosi, ut sicut is qui præstitit opera taxata ad Jubilæum

lucrandum, acquisivit lus ad absolutionem reservatorum, ita & qui Capitulo interfuit.

*Tertio*. Circa privilegia, quæ comprehendunt Novitios, vel Oplatos, sub conditione perseverantiæ, hæc nõ intelliguntur de peccatis afflictivis animam, quia postquam semel sunt absoluta virtute aliquis privilegii, manent absoluta in semper, nec reviviscunt, etiamsi Novitius non perseveret, & etiam si aliàs non fuerit absolutus, nisi ex spe perseverantiæ suæ. Sed neque intelliguntur illa eadem privilegia, de irregularitatibus, vel inhabilitatibus, quæ sunt apta nata impedire unicum actum & quarum effectus in hoc uno terminatur, si talis actus non habet tractũ temporis, sed simul & semel completur. Et sic v. g. dispensatus ut recipiat aliquem Ordinem Sacrum, vel beneficium manet bene ordinatus, & provisorius, & Ordinem receptum potest exercere, etiam si exeat. Unde relinquitur ut intelligamus prædicta privilegia, de illis irregularitatibus, quæ per tractum temporis continentur, seu effectum, seu præ cadunt super actum, per aliquem tractum temporis complendum, ut si Novitius dispensatus sit ad recipiendos Ordines, & virtute dispensationis privilegii aliquibus susceptis exeat, non poterit alios recipere. Sic si fuit dispensatus ad celebrandam Missam, non poterit post discessum celebrare &c.

*Quarto*. Circa privilegia quæ dant facultatem rehabilitandi ad dignitates, videntur prima fronte intelligenda de dignitatibus intra Ordinem. Et ita expresse videtur in privilegio Eugen. IV. pro Congreg. Vallisof. & Pii IV. pro Olivetan. At tamen ego mihi suadeo quod etiam valeant pro obtinendis dignitatibus extra ordinem, tum quia in privilegio Mart. V. pro Hieronymit. & Sixti IV. pro Cisterc. datur

atur facultas ad rehabilitandum ad di-  
 gnitatem, sine ulla limitatione, vel speci-  
 ficatione, ergo debet intelligi uniuersali-  
 ter de omnibus, & per respectum ad om-  
 nes, tū quia ita satis clarè videtur Pius V.  
 significasse in amplo illo indulto pro Cas-  
 tra de quo supra. Et in quo expressè ad di-  
 pensatos in suis impedimentis, & irregu-  
 laritatibus sic absolute manere dispen-  
 satos, ut nō obligētur facere mentionem  
 huius suae dispensationis, apud Sedem  
 Apostolicam, in quibusvis impetratiōibus, at  
 in quibusvis. Ergo extra Ordinem, tam  
 bene, atque intra. Imō cum regulariter  
 non impetrentur apud Sedem Apostoli-  
 cam officia & dignitates intra Religionē  
 tenenda, quia conferuntur in Capitulo,  
 evidens est Pontificem locutum fuisse de  
 aliis, hoc est de secularibus, & extra or-  
 dinem possidendis, cum illa sola confe-  
 rantur à Sede Apostolica. Nisi velimus  
 contra regulas Iuris asserere, has clausu-  
 las esse in privilegio superfluas & nihil  
 operari. Verū quia hæc eadem privile-  
 gia loquuntur de impedimentis seu irregu-  
 laritat. junctis alicui delicto, seu ex ali-  
 quo confurgentibus, quale non est impe-  
 dimentū Bigamiæ, quia confurgit ex de-  
 lectu Sacramenti, neque defectus nataliū  
 qui licet interuenerit peccatum, non tamen  
 ex parte patientis, ideo ego arbitror  
 quod dispensatus in talibus ad obtinen-  
 das dignitates intra Ordinem, non po-  
 test virtute huius dispensationis aliquam  
 obtinere extra, sed indiget dispensatio-  
 ne Papa.

Quintò. Circa privilegia, quæ dant facul-  
 tatem accipiendi absolutionem, vel di-  
 pensationem à Confessario per Superio-  
 rem deputato, putant aliqui nō sufficere,  
 quod sit deputatus simpliciter ad audien-  
 das confessiones, sed necesse esse, ut sit  
 deputatus ad audiendum hunc qui indiget

absolutione, vel saltem generaliter ad ab-  
 solvendum à reservatis, ita Portel. v. con-  
 fess. erga frat. n. 18. Sed meo quidem iudicio  
 gratis hoc utrumque dicitur. Tum quia  
 tenor privilegiorum, aliud non exigit nisi  
 ut Confessarius sit deputatus audiendis  
 confessionibus. Ergo hoc sufficit. Tum  
 quia nemo tenetur se ipsū prodere, quod  
 tamen fieret, si ego deberem petere, mihi  
 deputari Confessarium, qui me absolvat  
 à reservatis. Tum quia hæc privilegia fra-  
 ternizant cum privilegijs Jubilæorum in  
 quibus datur potestas absolvendi à reserv-  
 vatis, ad quod aliud nihil exigitur nisi ut  
 pœnitens cōfiteatur alicui Confessario ab  
 Ordinario approbato. Ergo similiter ad  
 effectum horum privilegiorum, sufficit  
 Confessarium esse deputatum audiendis  
 confessionibus in Conventu, absque alia  
 maiori specificatione.

Sextò. Circa privilegia, quæ dant facul-  
 tatem eligendi Confessarium, posse Reli-  
 giosum eligere neque ab ullo Episcopo,  
 neq; à suo ipsius Superiore approbatum,  
 tunc enim censetur Papa electum appro-  
 bare virtute privilegii: ita S. Anton. in  
 sum. p. 2. tit. 17. Palud. in 4. q. 3. a. 2. Gabr. q. 2.  
 a. 5. Sot. d. 18. qu. 4. a. 3. Rodet. t. 1. qq. reg. 62.  
 a. 5. Anglez. in flor. c. 4. q. de confess. a. 8. dub. 4.  
 diff. 2. Medin. C. de conf. q. de Sacerd. alieno. A-  
 drian. q. 5. de conf. dub. 1. & Gasp. Hurt. d. 10.  
 de pœnit. dif. 13. Quorū opinionem proba-  
 bilem putat Aulon. in sum. Dian. v. absolu. à  
 reserv. fav. et. Angel. v. confessio 3. n. 5. & Sylv.  
 v. conf. 1. n. 8. ubi dicunt sic electum, virtute  
 suæ electionis, censeri proprium Con-  
 fessarium eligentis, & quoad ipsū conse-  
 qui tantam jurisdictionem, quantam ha-  
 bet ejus Ordinarius. Nec dissentit Navar.  
 in man. cap. 4. n. 3. Dicens non posse Sacer-  
 dotem audire confessiones, nisi habeat  
 jurisdictionem ordinariam aut delegatā  
 à Papa, Vicario, aut Parocho, vel ratione

Bullarum,

Bullarum, vel propter alias concessionem, ut possit eligi à penitente. Ergo hac electio concessa per Bullas, & privilegia sufficit.

Neque obstat quòd in Trident. dicitur Confessarium debere esse approbatum, nam primo in locis in quibus Trid. non fuit receptum, non procedit objectio; deinde pro locis in quibus fuit receptum, Resp. Confessarium censi approbatum, seu approbari à Papa, quòd eligitur virtute privilegiorum, ut in initio dixi. Ac tertio Resp. Trident. nihil statuere super confessiones Regularium in suo decreto de approbatione sess. 23. c. 15. de Res. sed illos relinquere juri antiquo, secundum quòd ut olim, ita & nunc consequenter possunt absolvi ab illis quibus id permittitur per ipsorum statuta vel privilegia, & ita docent Coninc. d. 8. de sacr. pan. dub. 7. Cutill. in addit. ad pract. 4. Mancini dub. 15. Ubi pro hac opinione allegat. 7. alios Auctores. Et Tambur. 1. 2. de iure Abb. d. 5. q. 6. & 8. Ubi alios ad 18. enumerat. Quibus adde Pium V. restituisse Regularibus privilegia revocata à Trident. pro foro conscientia, in quo versamur, & sic quamvis ita esset quòd Regularis non posset absolvi à Confessario qui non sit approbatus, & illa privilegia de eligendo (etiam non approbato) forent revocata, virtute tamen hujus posthumæ cōcessionis, nunc licitum erit, cum per illam restituta sint privilegia, quæ dicuntur revocata.

#### CAPUT V.

*Circa Confessiones activè.*

#### S. I.

*De Potestate Regularium ad Confessiones audiendas.*

#### SUMMARIUM.

1 Regulares possunt audire confessiones, si ad hoc deputentur à suis Superioribus 7. & 6. absq. ulla

#### Sectio Tertia

alia licentia Prælatorum Ecclesie ibid. num. cuiuscunque sint Diocesis 2. & 5. & ubi vis terrarum. 3. & 4.

7 De his privil. potest fieri sermo diverso respectu.

8 Circa approbationem regularium plures modificationes factæ à summ. Pontificibus.

9 Regulares valide absolunt.

10 Regularium amulsi semper conati sunt eos ad confessionibus audiendis.

11 Privilegia tamen eorum valent, ubi non fuit ceptum Trident. Et probabiliter ubi fuit ceptum. 12. Et non obstantibus aliis Conciliis & dispositionibus. 12.

12 Eadem privilegia fuerunt sublat. a Urbano VIII. Dubit. tamen, an cum sufficienti efficacia.

16 Regulares, etiam non approbati, possunt uti privilegiis extra confessionem.

17 Regulares non indigent approbatione, pro audis confessionibus suorum domesticorum.

18 Nec Prælati pro audiendis confessionibus rumcunque.

19 Si Episcopus recuset approbationem Regularium pro facto, approbatur à Papa. Quod licet faciendum 21.

20 Regulares qui se præsentat Episcopo sacri Concilio.

22 Episcopus non potest approbare Regularium tempus.

23 Neque cum revocare ad examen.

24 Episcopus potest suspendere privatum Regularium à confessionibus. Ob quas causas ibidem, cui revelandæ. ibid.

Episcopus non potest suspendere omnes Regularium à confessionibus. ibid.

25 Parochus potest approbare ad confessiones Parochia.

26 Mentem Trid. Conc. non possumus melius quam ab his qui illi inter fuerunt.

27 Potestas Regularium de audiendis confessionibus sufficit pro implendo præcepto de confessionibus semel, & qui Regulari confessus est hoc præcepto satisfecit.

1 Sixtus IV. concessit Augustin. & Car-  
 melit. ut Generalis Ordinis per se, &  
 Provincialis in Capitulo Provinciali pos-  
 se cum Diffinitoribus demandare munus  
 audiendi confessiones fratribus, quos ad  
 iudicandos iudicaverit. Casar. v. confes-  
 siones m. 4. Leo X. concessit Minoribus  
 facultatem audiendi confessiones om-  
 nium ad se venientium, cuiuscunque fue-  
 rint Diocesis. Et Paul. IV. ut possint il-  
 las audire ubivis seu in suis Ecclesiis, seu  
 alibi. Roder. tom. 1. Bull. in orac. Leon. &  
 E. 3. Pauli IV.

4 Gregor. XIII. concessit Soc. Jesu,  
 ut Patres semel ab uno Episcopo appro-  
 bati, & à Superioribus expositi audiendis  
 confessionibus, possint illas audire à  
 quibuscunque ad quos, dum sunt in via,  
 contigerit eos divertere, modò Parochi  
 locorum non repugnent, & non sint in  
 loco in quo residet Ordinarius, à quo pos-  
 sint facile obtinere hanc licentiam. Gut-  
 tier. in qq. can. c. 27. §. 3. nu. 21. Roder. to. 1.  
 qu. 9. artic. 6. & Capuecin. in annot. ad Ca-  
 sar. v. absol. quoad secul. 1.

5 Eugen. IV. concessit Cassinensibus ut  
 tam Prælati, quàm fratres ab illis deputa-  
 ti, possint audire confessiones omnium  
 ad ipsos venientium, absq; ulla alia Præ-  
 latorum Ecclesiasticorum licentia, om-  
 nesque sic ad ipsos recurrentes absolvere  
 ab omnibus casibus exceptis his, pro qui-  
 bus meritò Sedes Apostolica foret con-  
 sultanda, vel pro quibus ipsi Confessarii  
 iudicarent pœnitentem esse remittendum  
 ad suum Ordinarium. Bullar. Cassinens.  
 conf. 63. & Casar. v. absol. ad secul. 2.

6 Eugen. IV. concessit pro Monasterio  
 Benedicti Vallisoleti Pius II. pro tota  
 Congregatione ab illo denominata, Ni-  
 colaus Francus nomine Sixti IV. & Lu-  
 dovic. Cardinalis nomine Jul. II. (cum  
 pro illis legatione fungerentur, in Hispa-

niis) ut quamdiu fuerit in observantia  
 Prælatus pro tempore existens, & quatuor  
 alii Patres, ab ipso nominandi, & ad arbi-  
 trium suum removendi, possint absq; ulla  
 alia licentia, quorumcunque ad sua Mona-  
 steria accedentium, audire confessiones,  
 eosque absolvere ab omnibus casibus, et-  
 iam Episcopo reservatis. Et ab omnibus  
 censuris ex c. susp. & interd. à jure, vel ab  
 homine, in genere latis, excepta ea quæ  
 contrahitur ob non solutas decimas, &  
 cum iisdem dispensare in omnibus votis,  
 reservatis Episcopis, vel eadem vota com-  
 mutare. Bullar. Vallisoleti. B. 44. 57. & 63.  
 Et Casarub. v. absol. quoad secul. 1.

Nota autem, circa supra relata privile-  
 gia, & plura alia similia, de potestate Re-  
 gularium ad audiendas confessiones, quod  
 possumus de illis loqui, vel secundum tem-  
 pora præcedentia Trid. & jus antiquum,  
 vel secundum subsequenti, & jus novum  
 ab illo constitutum. Et quidè quòd ad jus  
 antiquum attinet cum olim plures diffi-  
 cultates, & lites super hac materia move-  
 rentur Regularibus Bonif. VIII. primùm  
 sancivit ut Prælati hos præsentarent Epi-  
 scopis, quos vellent occupare confes-  
 sionibus audiendis, ut de eorū licentia, gratia &  
 beneplacito confessiones, sibi confiteri volentium  
 audiant. Quòd si fortè ex præsentatis ali-  
 quem Episcopus recusat, debet Prælatus  
 alium subrogare, & si etià huic licentiam  
 petitam recuset. Extunc ipse Pontifex  
 de plenitudine potestatis, cõcedit ut pos-  
 sit confessiones audire, uti habetur in ex-  
 tra. v. super cathedram. de sepult. inter com. §. sta-  
 tuimus. Deinde cum iterum super hac ma-  
 teria fuissent turbæ excitatæ. Bened. XI.  
 successor Bonifacii sic providit, ac decre-  
 vit, ut Regulares auctoritate Apostolica, absq;  
 licentia Diocesanorum, & aliorum Prælatorum  
 inferiorū exemptorum, & non exemptorum qui-  
 bus subsunt, qui ad confitendū accedunt, audiant

eos peccata sua confiteri volentes. Verum ut debitus honor Diocesis referretur. Jubentur Praelati Regularium, seu per se, seu per alios scripto, aut verbo eos monere, se ex suis elegisse, quos confessionibus audiendis mancipare cupiunt. Et non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petere humiliter, ut de ipsorum beneplacito & licentia dictum possint officium exercere. Quod si negatum fuerit, auctoritate Apostolica, officium exequantur. *extrav. inter cunctas de privi. inter com. §. sed quia.* Hinc nec dum quiescentibus animis, Clem. V. Benedicti successor, innovavit decretalem Bonifacii in Concilio Viennensi, in sua qua incipit: *Dudum de sepult.* Et sacro approbante Concilio, 9 ulteriùs in lites, & tricas Parochis, cum aliqui Doctores Universitatis Parisiensis, eorum fautores, viderent non posse Regulares arceri à sacro confessionum audiendarum munere. Quidem (inter eos) nō minimus nomine Joannes de Poliac, docuit, & in publicis concionibus vulgavit, hos qui alicui Regulari confessi forent, teneri iterum eadem peccata confiteri suo Parocho ad hoc ut satisfaciant obligationi *capit. omni utriusque* de semel confitendo proprio Sacerdoti quot annis. (a) De quo Poliacus accusatus apud Joannem XXII. Clementis Successorem, coactus est palinodiam cantare, ipseque Joannes contra hunc errorem, aliosque ejusdem Poliaci, edidit Avenioni Extravagantem *vas electionis*, que est reposita inter com. in rubr. de heret. In qua decernit, eos qui Regularibus confitentur, non magis teneri, eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent proprio Sacerdoti juxta concilium generale. Ac demum post omnes ejusmodi decretales, secuta sunt

(a) Vangel. in Germania id etiam docuit in Clementi, dudum Concil. 2.

privilegia supra memorata aliaque; similiter non pauca, & in sequentibus proponenda. Igitur si hæc eadem privilegia conferamus ad jus antiquum, & ad tempora præcedentia Concilium Trid. Intelligimus Primò summo semper studio, & ardore conatos fuisse amulos Regularium, eos arceri ab audiendis confessionibus, siquidem opus fuit tot Summos Pontifices, toties super hac re pronuntiare, & decretales edere. Ac Secundò eadem privilegia locum habere, secundum suum omnem tenorem in locis in quibus Trid. Concilium non fuit receptum, nam si aliquid obviam vel esset ipsum Trident. quod non potest esse, cum supponatur non receptum, iura supra memorata, quod similiter non potest esse, quia privilegia sunt posteriora, posteriora autem derogant prioribus. Et privilegia dantur ad derogandum præcedenti. Facit quia privilegia Regularium fuerunt ipsis confirmata, & de novo concessa modò non sint contra Tridentinum, unde concluditur ea omnino valere, & esse innovata virtute talis confirmationis, qua sunt contraria cuiusque alteri juri vel Concilio, ut solius *trid. sess. 1. cap. 4. ubi de confir. privileg. v. 4. quantum.* Quod si eadem privilegia conferamus ad Tridentinum, & ad jus novum ab illis constitutum, pro locis, in quibus fuit receptum, dicuntur communiter in illis cessare, quia *sess. 23. cap. 15. de Ref.* Decernitur neminem censeri idoneum audiendis confessionibus, nisi vel habeat beneficium episcopatum, vel sit ad hoc munus approbatus ab Episcopis, vel aliàs idoneus judicetur, unde relinquitur solà deputationem Superiorum, juxta prædicta privilegia, minime sufficere in locis ubi Tridentinum fuit receptum. Et ita communiter tenentur omnes, & in praxi observant.



Attamen hoc non obstante, potest contrariū probabiliter sustineri, & consequenter secunda conscientia observari. Tum *Primo*, quia illa particula (vel alias idoneum iudicetur) videtur innuere tertium signum, quo dicatur aliquis idoneus audiendis confessionibus, & intelligenda de expolis à suis Superioribus, ut scilicet is iudicetur ad hoc munus idoneus, vel qui habet beneficium curatum, vel qui est approbatus ab Episcopis, vel qui est ad hoc depuratus à suis Superioribus secundum privilegia supra memorata. Ad quod facit, quòd Prælati Regularium habent in suis Monasteriis jurisdictionem quasi Episcopalem, unde sicut Episcopus approbat Parochum sibi subditum, qui audiat quoscunque ad se accedentes, intra suam Parochiam, ita videtur posse Prælati Regularis approbare suū Religiosum qui similiter audiat omnes accedentes ad suam Ecclesiam & Monasterium. Tum *Secundo*, quia Eugen. IV. concessit Cassin. sua privilegia, ea conditione, ut à nullo futuro Concilio censeatur revocata nisi servata certâ fortuna, quam Trid. non servavit, quod similiter potest dici de nonnullis aliis Ordinibus. Tum *Tertio*, quia licet daremus illa privilegia fuisse sublata à Trid. restituantur tamen prædictis Dominis meis Cassin. in receptione census, unciæ auri quæ quot annis solvitur Camera Apostol. pro manutentione suorum privilegiorum, ut suo loco clarius dicam. Tum *Quarto*, quia multis Ordinibus fuerunt sua privilegia confirmata, & de novo concessa, absque exceptione quòd non sint contra disposita à Trid. Tum *Quinto*, quia Pius IV. suum post Trident. ex certa scientia confirmavit Ordini SS. Trinitatis, & S. Joannis Hierosolimitani, sua privilegia, cujus confirmationis, & clausula virtute, extracta per ipsum Trident. putantur reviv-

xisse, ut suo loco dicitur. Tum *Sexto*, quia Pius V. pro foro conscientie (in quo verisimur) restituit Minoribus privilegia ab eodem Trident. suppressa. Vide dicenda *sect. seq. dub. 7. v. igitur.*

Verum felix recordat. Urban. VIII. 14 de hac opinione certior factus, videntique per illam enervari decretum Tridentini, revocavit supra memorata omnia privilegia, & quævis alia similia, sua constitutione, quæ incipit: *Cum sicut accepimus* sub dato An. 1628. die 12. Sept. sed quia rationes allegata ad probandū decretum Tridentini non sufficienter derogasse privilegiis supra memoratis, possunt obijci contra hanc constitutionem, (quæ etiam ad paucorum notitiam venit) ideo manet semper eadem probabilitas opinionis in initio posita.

Dum autem unumquemque in suo sensu relinquo, certè id saltem mihi videtur indubitatum, quòd approbatio, quæ exigit Conc. Trid. in Confessariis, debet intelligi præcisè in ordine ad absolvendū in Sacramentali confessione, & quoad hunc unicum actum. Unde quia Regulares possunt per sua privilegia absolvere à cæsuris, dispensare in votis, in irregularitatibus &c. ideo sicut hæc omnia possunt fieri extra confessionem Sacramentalem, ita à non approbato, (etiam posito, quòd Confessarii debeant approbari.)

Nota *Secundo*, quòd sive sit necessaria 17 Regularibus approbatio, sive non, pro audiendis confessionibus personarū exterarum. At certè pro audiendis suis domesticis nulla indigent. Nam ita olim Carmel. concessere Urban. Alex. & Sixt. IV. ut videre est in eorū mari magno, apud Roder. tom. 1. Bull. 37. ejusd. Sixt. Et recentius pro omnibus Regularibus declaratū à S. C.ardin. Congr. restantur Barbof. in collect. Bull. v. confessarius 1. Et Farinac. 4. p. decis. posth. 96.

- 18 Nota Tertiò, quòd Prælati Regularium, cujusq; Ordinis, nulla indigent approbatione non tantum pro audiendis confessionibus domesticorum, sed etiam extraneorum, quia ex quo sunt Prælati, censentur habere beneficiù curatum; habentes autem tale beneficiù, declaratur à Trident. hoc ipso approbati. Ita Capucc. in annotat. ad Casar. in resol. mat. absol. tit. in quo Bulla cruciat. derog. privit. conf. Diana p. 2. tract. 2. miscell. resol. 46. & quos ibi citat Bannez & Medina. Et licet videatur latior explicatio, ut Prælati regularis veniat nomine beneficii curati, propter quod Suar. 3. p. 10. 5. d. 28. f. 8. ivit in contrariam mentem. Attamen An. 1585. die 15. Nov. omne dubium sustulit Sixt. V. in audientia consistoriali, in qua favore Cassinensium, per oraculum fanciuit, eorum Abbates posse audire confessiones quarumcunque personarum absq; ulla approbatione Ordinariorum, uti refert Margar. in Bull. const. 224. Graph. lib. 3. concil. 4. num. 6. & Marcell. à S. Bened. v. absol. quoad Monach. §. 13. Quod privilegium ego puto commune omnibus aliis congregationibus, & Ordinibus, jure communicationis.
- 19 Nota Quartò, quòd Episcopo recusante, approbare aliquem Regularem, ipso facto approbatur à Papa per Clem. dudum de sepult. arg. cap. si forte d. 65. Roder. t. 1. q. 59. a. 1. Casar. v. absol. quoad secul. 1. & v. confessio. nes n. 2. Peyrin. 10. 1. const. 26. Leon. 10. §. 7. Leand. & Murcia. in reg. S. Franc. q. 8. cap. 7. Chassaign. tract. 5. cap. 2. prop. 3 & 4. Et Navarr. in man. cap. 27. n. 264. Ubi ait non esse
- 20 sublatam à Trident. Et hoc ipso quo Religiosus se præsentat Episcopo cum debitis circumstantiis, censetur satisfacisse Concilio, quidquid in contrarium dicant Suar. t. 4. d. 28. sect. 5. Reginald. in pra. l. b. 1. n. 192. Gasp. Hurr. d. 10. de penit. diff. 17. Egid. 21 d. 8. n. 58. Vasch. & alii. Verùm quia Au-

thores primæ opinionis fundant se super Clem. citatam, advertit, quòd illa præcisè non approbat eum, quem Episcopus rejicit, sed jubet alterum præsentari, & si hic alter iterum rejiciatur, tunc ille approbatur, quod erit observandum in occurrentia casus.

Nota Quintò. Non posse Episcopum approbare aliquem Regularem ad certum tempus, sin autem elapso tempore, potest continuare in audiendis confessionibus, quia approbatio pro Regularibus debet contemperari ad Clem. dudum, in qua hoc conceditur, licet alias sit edita, ad moderanda privilegia & ita tenent Armill. n. absol. n. 22. Navarr. in man. cap. 27. n. 264. Diana 10. 1. dub. reg. ref. 26. Leand. à Murcia. in reg. S. Franc. q. 8. cap. 7. Roder. Capucc. & alii. Itaq; declaratum à S. Cardin. Congr. refert Farinac. 4. p. decis. posth. 210.

Sextò. Episcopum non posse revocare ad examen approbatos à suo prædecessore, quia tum in Trident. tum in Clem. dudum, aliisque juribus allegatis in initio (ad quod ipsum Trident. debet moderari) hoc non dicitur, sed simpliciter ut confessarius præsentetur, seu approbetur, cui decreto satisfiat per unam præsentationem. Negat obstat, quòd Urban. VIII. seu S. Congregatio, ejus autoritate declaraverit contrarium. Tum quia contra hanc declarationem alia allegatur (quam inter alios refert Zerol. in pra. p. 1. v. confessiores) in qua hoc dicitur, & non posse Episcopum revocare ad examen approbatos à suo prædecessore, de quo insuper extat mor. proprius Pii V. cujus meminit Navarr. in man. cap. 27. & Henriq. lib. 3. cap. 6. in annot. ad Sa. v. confessor. Quod refert Chassaign. tract. 5. cap. 2. prop. 2. Tum quia licet declaratio Urbani VIII. tanquam novissima videatur tenenda, illa tamen non derogat juri scripto Clem. dudum, extr. v. v. eleuon. & inter alios

de quibus in superioribus, quod tamen erat necessarium. Et ita tenent Cruz lib. 2. cap. 6. dub. 4. Roder. 10. 2. qu. 5. 9. art. 4. Chaffaing. sup. cit. loc. Et ibi apud ipsum Villalob. & Salgado.

14. *Sextimo.* (\*) Episcopum non posse omnes Religiosos unius Monasterii simul suspendere à confessionibus audiendis, ex declaratione emanata à S. Congr. die 20. Nov. an. 1615. Cujus inter alios meminere Barb. de off. & pot. ep. p. 2. all. 25. Squill. de priuileg. cap. 1. nu. 65. Alphons. de Leone. de pmiss. conf. qu. 4. Cutill. in addit. ad pract. 4. man. dub. 9. Lafana & Peyrinis. Quoad privatos autem Confessarios, potest quidem aliquem suspendere, verum non nisi ex nova, & gravi causa, ut monent Cominch. d. 8. de Sacram. dub. 7. nu. 59. Navarr. in man. cap. 27. n. 266 & Vivald. in cand. tit. de confess. §. idoneo. Ubi refert Pium V. motu proprio ita sanxisse Gregor. XIII. anno 1584. confirmasse, & S. Cardin. Congregationem. an. 1587. declarasse. Eaque concernente confessiones vel ob non servatam interdictum, ex alia declaratione ejusd. S. Congreg. de anno 1615. Vel nisi foret approbatus ad beneplacitum ex alia anni 1619. sub die 19. Mar. Sed superius dictum fuit, non posse Episcopum sic Regulares approbare. Quando tamen Episcopus revocat approbationem datam alicui Regulari, vel illum suspendit à confessionibus, non tenetur ipsi causam dicere, sed sufficit ut Papa revelet, si interrogatus fuerit, interim verò debet Regularis credere subesse causam legitimam,

(\*) Quantum intellexi ex litteris, ex vestra parte non minus oblati, graviter fort. vestra fraternitas quòd Leonor. Episcopus in Synodo agens, interdixit omnibus Regularibus Clericis, & regimen Parochiarum, & Confessionem poenitentium, qui rectius quidem fecisset, ut omnes Sacerdotes ad regularem vitam invitasset, quod regulariter viventes, à Dominicarum ovium custodia penitus removeret, quibus tanto plus displicet aliqua malicia, quanto longius discesserunt à sua Car. 10. epist. 91.

& sufficit, quòd Episcopus ita affirmet ex altera declaratione anni 1629. die 30. Jan. & secundum aliam anni 1630. sub die 30. Aug. Causa sufficiens est, si Religiosus male vivat, cum scandalo, vel inhonestè, seu commiserit aliquod delictum, propter quod videatur Episcopo suspendendus, cum præcipua Confessarii qualitas sit puritas vitæ, & morum honestas. Barbos. in collect. Bull. v. approbatio. v. confessar. & v. regular. confess.

Porro in hac materia approbationis, 25 circa potestatem audiendi confessiones, ego addo 1. non tantum Episcopum, sed etiam Parochum pro sua Parochia posse approbare Sacerdotem, quia de Jure communi hoc permittitur in c. omnis de pœnit. quod Tridentinum non abrogavit, cum loquatur tantum de privilegiis, & consuetudine. Et ita tenent Thom. Hurt. 10. 2. var. tract. 12. cap. 1. Machado. in pers. confess. lib. 1. p. 1. tract. 3. docum. 3. Valent. 3. p. d. 7. q. 10. p. 2. Aufon. in sum. Dian. v. parochus. n. 13. & Petr. de Ledesm. in Theol. Mor. 10. 1. cap. 11. concl. 5. de Sacram. pœnit. ubi refert ita olim docuisse famosos Doctores Orellanam, & Joan. Gallo Salmantinum Professore, qui & ipsi Concil. Trid. interfuit. Et cujus ob id opinio (hæc in parte) summi mihi videtur momenti, 26 cum non possimus mentem Concilij scire ab ullo melius, quam ab illis, qui ipsi interfuerunt. Et ita etiam sentire videtur Navar. in man. cap. 3. n. 3. ubi agens de jurisdictione necessaria audiendis confessionibus, ait eum qui ordinariam non habet, debere habere delegatam, aut à Papa, aut Vicario Episcopi, aut Parocho. In quo dum Parochum æquiparat Episcopo, imò & ipsi Papa, manifestè ostendit, sufficere illius approbationem absque ulla alia Episcopi. Quod probabile affirmat Leand. 10. 1. de Sacram. tr. 5. d. 11. qu. 56. Et à gra-

gravissimis Theologis defendi testatur Joann. de Soria in *epilog. summar. p. 2. tr. 1. 72 sect. 1. d. 6.* Et ita ante Trid. ex Palud. docuere Angel. & Sylvest. Addo secundò, eam potestatem, quam Regulares per sua privilegia accipiunt ad confessiones audiendas esse universalem, pro omni tempore & valere ad satisfaciendum cuicunque obligationi, etiam de confitendo semel in anno, proprio Sacerdoti, prout precipitur in *c. omnis. de penit. adeò ut huic obligationi censeatur satisfecisse, qui Regulari confessus fuit, nam ibi dicitur, confessionem esse faciendam apud proprium Sacerdotem, vel alium de ejus licentia, proprius autem non est solus Parochus, sed etiam Episcopus, in tota Diocesi, & Papa in tota Ecclesia, qui censetur dare licentiam, & jurisdictionem Regularibus necessariam, per privilegia. Ita Major in *4. d. 17 qu. 7. Sotus. d. 18. qu. 4. art. 3. Adrian. de confess. qu. 5. Medina. quest. 29. & Afor. 1. p. in lib. 13. c. 2. ubi bene observat extrav. Joan. XXII. & Bened. XI. de quibus in superioribus ita procedere. Et ita Leo X. Sancivit sua const. quæ incipit: Dum intra. publicata in Lateran. sess. XI. Super quo cum año 1644. mota fuisset difficultas, & S. Cardin. Congregatio consultata, an Episcopus possit prohibere Regulares ab audiendis confessionibus, ad satisfaciendum præcepto, de annua confessione, illa die 9. Junii ejusdem anni respondit, quòd non, quam responsionem deinde confirmavit Innocent. X. & ei robur Apostolicæ firmitatis addidit anno sequenti 1645. die 7. Febr. B. quæ incipit: Exponi nobis. publicata 11. Martii sequenti. Parisiis contra Archiepiscopum Burdigalensem.**

## De Potestate Regularium ad Absolvendum.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares possunt absolvere à casibus reservatis Papæ etiam in Bulla Censuræ 5. 8. Etiam in Bulla est recepta, quando sunt occultis 11. Et ubi non est recepta, licet sint noti. 9. Item & à censuris ab iisdem casibus resultantibus 12.
- 4 Regulares possunt absolvere ab omnibus censuris in genere satisfactione exhibitâ.
- 2 Regulares possunt absolvere damnatos ad termines tanquam in morte.
- 11 Casus Papalis desinit esse talis, dum per legem committitur Episcopo.
- 5 Præter casus Bullæ, alii reservantur in Italia.
- 6 Varia decreta emanata, circa potestatem absolvendi à reservatis quam habent Regulares. Dubitatur tamen de illorum sufficientia 1.
- 13 Episcopus posse absolvere ab occultis Bullæ negant aliqui. Melius affirmant alii. 14.
- 18 Episcopi absolvunt ab occultis Bullæ, non per privilegium, sed sua iurisd. ordinaria. ibid. ad hoc nulla est facta specialis electio personarum ipsorum.
- 14 Tridentino nunquam censetur derogatum, facta speciali expressione 15.
- 16 Bulla Censuræ non tollit privileg. absolvendi à casibus Episcoporum.
- 19 Papa committendo Regularibus casus reservatos, censetur ad hoc eorum personas elegisse.
- 20 Casus reservati pro Italia, non sunt pro Roma.
- 21 Papa sibi reservat casus ob enormitatem. Melius ob censuram annexam. 22.
- 23 Volens absolvere à casu Papæ, debet ante eum cognoscere, an penitens contraxit censuram.
- 24 Ex variis capitibus excusatur quis à contrahenda censura, & seq.
- 27 Coniux incestuosus an amittat jus ad debitum.
- 34 Absolutio casuum Bullæ &c. in nullo casu permissa, quam in solo mortis articulo.

probabile tamen, impeditum ire Romam, posse ab his absolvi 36. maxime si impedimentum est perpetuum 38. Imò etiam si non sit tale 39.

38 Constitutiones revocantes potestatem absolvendi à casibus Bullæ non revocant jus cõmune.

37 Sacerdos absolvere habentem casum reservatum, quam permittere, ut cum præsumpta contritione accedat ad divina.

40 Casus ob quas excusatur quis ire Romam, pro absolutione sibi necessaria, sunt plures & seq.

41 Qui non potest ire Romam, non tenetur mittere. Neq. ire ad Episcopum, nisi quando ita in jure cavetur. 52. & 54. sed potest absolvi à suo Confessario ordinario. 51.

33 Papa non reservat casus sibi simul & Episcopis.

3 Regulares possunt absolvere à casibus Episcoporum. Et hoc non obstantibus Cardinalium declarationibus 55. & 56. Saltem quando non possunt se commodè præsentare Episcopo. 57. vel quando non expedit penitenti, ut ad illum remittatur. 58. Valè que seu pro peccatis seu pro censuris.

62 Censura non admittuntur, nisi secundum quod in jure exprimitur.

61 Si quis dicatur incidisse in censuram, vel casum reser. multa requiruntur & seq.

63 Casuum var. a natura.

70 Absolvens à peccato, non potest validare quod gestum est.

71 Absolvens simoniacum, non potest dispensare ut beneficium retineat.

72 Absolvens non recitatem Horæ, non dispensat à restitutione.

73 Absolvens homicidam, non dispensat ab irregularitate

74 Absolvens uxoricidam non dispensat ad matrimonium.

75 Absolutio data à Confessario secundum plenitudinem sue potestatis, valet in casu, à quo ignorat se posse absolvere.

66 Absolutus à casu reservato, licet invalidè, non tenetur postea iterum se præsentare Superi-

riori, vel habenti reservata. Et hoc sive in censuris, sive in peccatis. 77. & 78.

79 Absolutus in articulo mortis à reservatis, non tenetur se præsentare Superiori, si convalescat.

80 Laicus potest in articulo mortis absolvere à censuris, non tamen à peccatis.

**P**Aulus III. concessit Soc. Jesu facultatem absolvendi eidem Societ. facultatem absolvendi ab omnibus casibus etiam Papæ reservatis, exceptis his, qui continentur in Bulla Cœnæ Domini. Sanch. in op. mor. lib. 4. cap. 54. Lamas in meth. p. 4. cap. 3. §. 8. Roder. tom. 1. quest. 61. art. 5. Capuccin. in annotat. ad Casar. v. absol. quoad secul. 1.

Pius II. concessit eidem Societ. facultatem absolvendi eos qui ducuntur ad triremes, tanquam pro articulo mortis Capuccin. loco supra cit. & Celest. Suesl. in Theolog. mor. tract. 8. c. 8.

Eugen. IV. concessit Monasterio Vallesole. Sancti Bened. & universa per illius Congreg. Calsinensi Gregor. XIII. Societ. Jesu. Aliique Pontifices aliis Ordinibus, facultatem absolvendi à casibus reservatis Episcopis, de jure, & specialiter. Compend. privil. Societ. v. absolutio. §. primo. Casarub. v. absol. quo ad secul. secundo. Portel. v. casus reservati. nu. 6. & v. confess. erga secul. num. 22. & 30. Capuccin. in resol. mater. absol. Ubi dicit nihil obesse huic privilegio, clem. dudum de sepult. Cruz. in epit. lib. 2. ubi dicit neque etiam obesse Tridentinum. Marsill. in remis. ad idem Trid. sess. 14. cap. 7. idem affirmat, & pro hoc allegat Beiam Henriq. & Delrion. Banny. in Theol. Mor. quest. 8. de ministr. penit. Ubi dicit similiter idem tenere Dian. Megal. Laym. & alios.

Eugen. IV. concessit Monasterio Sancti Bened. de Valladolid. ut tam Prælati, quam fratres ab illo deputati, quoscunque

LEGIA  
MURVNI  
ET  
MENTARI  
RUGLAS  
CELLAR  
OSTOLIC

que ad suum Monasterium accedentes, possint absolvere à quibuscunque peccatis & criminibus, excom. fulminationibus, censuris, & pœnis suspens. & interd. à Jure vel ab homine latis in genere, satisfactione exhibita, vel data cautione, de illa exhibenda, saltem per promissionem, Casar. v. *absol. quoad secul. secundo*. & Cruz in *epit. lib. 2. cap. 7.* Ubi affirmat, absolutionem omnium casuum Papa: (etiã non exceptis his qui sunt in Bulla Cœnæ) esse concessam Congregationi, à prædicto Monasterio Vallisfol. denominata. Quod item affirmat Sanch. *tom. 3. de matr. lib. 8. d. 16. nu. 10.* Idem similiter ferè attribuens suæ Societ. in *lib. 4. oper. mor. cap. 54.* Unde Bauny in *sum. cap. 33.* Coninch. *d. 14. dub. 16. num. 207.* Henriq. *lib. 13. cap. 28. num. 2.* Avila *part. 2. cap. 7. disp. 3.* Polanch. in *direct. cap. 4.* & Didac. Perez *lib. 8. tit. primo* dicunt in specie, posse verbi gratiã Regularem absolvere, in foro conscientiã, nominatim excommunicationem, data satisfactione, vel de danda cautione, præstita. Quod admittit Portel. v. *confessor. nu. 29.* etiam si casus publicus, & Papalis. Addit ipse *nu. seq. 30.* & Ludov. Molin. *tract. 2. de iust. com. disp. 64. num. 9.* posse item Regularem virtute horum privileg. absolvere à violentia illata personis sacris, & Ecclesiis. Addit Roderic. *to. 2. Bull. in orac. Pauli 3.* Eum dedisse facultatem Minoribus existentibus in Austria & Bohemia, recipiendi ad pœnitentiam, & fidei communionem, quoscunque Lutheranos.

Nota autem primò. Circa hæc omnia Clement. VIII. seu S. Congregat. habito verbo cum ipso anno 1601. die 9. Januar. prohibuisse Regularibus, per Italiam, absolutionem omnium casuum papaliũ, & eorum, quos Episcopi sibi reservant. Deinde anno sequenti 1602. die 29. Nov.

Eadem S. Congreg. habito similiter verbo cum eodem Clemente, & moderando prius illud decretum, fancivit, non prohiberi Regulares extra Italiam absolvere, nisi à calibus Bull. Cœnæ Dñi, & quos Episcopi sibi in suis singuli Diocœsibus reservant. Intra Italiam verò, ab illis omnibus similiter, & quinque aliis, nempe Ariolatione clausuræ monialium ad malum finem. Ab iniectione manus violentæ in Clericum. A Simonia real. vel confidentiali, circa beneficia. A provocatione, & pugna in duello, contra decretum Trident. vel Constitutiones Gregor. XIII. quæ incipit: *Ad tollendam*. à violatione immunitatis Ecclesiasticæ circa confugientes ad Ecclesiam, contra constitut. Greg. XIV. quæ incipit: *Quæ altas*. Deinde eadem Sac. Congreg. die 1. Jan. anno 1617. habito verbo cum Paulo V. tunc Sum. Pontifice, iterum hoc idem decretum innovavit, & publicavit. Rursum sub Urbano VIII. habito similiter verbo cum ipso. anno 1628. die 18. Nov. Ut post tot revocationes, & declarationes, nulla jam relicta Regularibus videatur potestas, circa prædictos casus. Ita tenent ac docent Farina. *c. 4. par. de posth. 110.* Barbof. in *coll. Bull. v. casus reg. Et v. confessor. regul. In tract. de off. & pot. par. 1. cap. 19. & de off. & pot. ep. par. 3. alleg. 1.* Portel. v. *confessor.* Aufon. in *sum. Dian. absol. à reser. num. 30.* Tambur. Nald. Molin. Quar. & passim alij.

Verum nonnulli revocant in dubium an prædictæ constitutiones habeant conditiones ad legem requisitas, & consequenter sufficientem efficaciam derogandum privilegiis Regularium. Nam videtur esse opinio Soc. Jesu quæ non, quia in cõpend. privilegiorum Regularium v. *Bulla Cœnæ*. Sic dicunt: *Nulla Sac. Congreg. facultates censentur revocate per Bullam*

cent Domini. Quod si Societas non reci-  
piat revocationes Bullæ certè neque præ-  
dictas constitutiones, quæ non sunt factæ  
nisi in augmentum, & ad iterandas, &  
magis inculcandas ejusdem Bullæ revo-  
cationes.


Quicquid autem sit de hac difficultate,  
quæ tractabitur sectione sequenti. Cum  
Bulla Cœnæ non sit recepta in multis lo-  
cis, neque consequenter officiat privilegiis  
Regularium, nec etiã prædictæ constitu-  
tiones illis officiant in iisdem locis, quo-  
ad casus ejusdem Bullæ, nam etiam in tali-  
bus locis, simplex Sacerdos habens pote-  
statem simplicem absolvendi à mortali-  
bus, potest absolvere à casibus Bullæ, nisi  
aliud obstat, ut inter alios notat Bauny in  
sum. c. 34. & Soler. ad calcem Naldi posi-  
tus, in tract. de pot. conf. cap. 9. qu. 5. Ubi pro-  
hoc allegat Navarr. & Afor. & ait in con-  
sequentiã, quod verbi gratiã in Gallia,  
Germania, vel Anglia, impunè leguntur  
libri heretici, & sic de alijs.

In locis verò in quibus Bulla est rece-  
pta, & admittis etiam supramemoratis  
constitutionibus poterunt Regulares per  
sua privilegia absolvere ab ejus casibus  
occultis, eo modo quo Episcopis concedi-  
tur à Trid. sess. 24. cap. 6. de reform. quando  
verò casus dicatur occultus, vide infra  
unde pot. pr. al. ad absol. & disp. Nam casus per  
legem commissi Episcopis, nõ sunt am-  
plius Papales, sed jam Episcopales, ut inter  
alios observat Machad. in perf. conf. lib. 1.  
c. 11. d. 3. doc. 4. privilegia autem Regu-  
larium concedunt ipsis absolutionem ca-  
sum, Episcopis à jure seu lege reservato-  
rum, & in memoratis constitutionibus  
excipiuntur illi soli, quos ipsi sibi specia-  
liter reservant, ergo Regulares possunt  
per sua privilegia absolvere à casibus  
Bullæ, & quinque alijs reservatis, quando  
sunt occulti, & ita tenent Sanch. in oper.

mor. lib. 4. cap. 54. Trull. in Bull. lib. 1. §. 7. c. 2.  
dub. 6. Millard de poenit. cap. 57. infr. 1 Macha.  
supra cit. Navarr. Chassaing. & alii. Adde,  
posse item Regulares absolvere à censuris  
ob eosdem casus occultos contractis, se-  
cundum Sanch. in sum. lib. 6. cap. 17. Angl.  
Polanc. Ledesin. Henriquez Rodriq. Na-  
varr. & Sot. quos ibi citat. Adde etiam no-  
minatim excommunicatos, ob eosdem  
casus in foro cõscientiæ secundum Sayr.  
in thes. lib. 2. cap. 20. nu. 29. Avil. 2. p. cap. 7. d. 1.  
dub. 5. Valent. Porrel. & alios, Et Ratio est,  
quia hæc omnia quæ sunt occulta, vel quæ  
spectant solum ad forum conscientiæ, al-  
feruntur à Trident. commissa Episcopis,  
Regularibus verò, quicquid Episcopis à  
jure concessum invenitur, per privilegia  
transmittitur.

Contra hanc doctrinam tamen solent  
aliqua allegari, & primò quidem falsum  
esse, quod possint Episcopi absolvere à  
casibus Bullæ occultis, virtute Tridenti-  
ni, quia quamvis ita sit, quod occultorum  
absolutio sit illis cõcessa, non tamen isto-  
rum, quia quoad illos, revocatur quælibet  
facultas absolvendi, in nõ obstantiis ejus-  
dem Bullæ, quod si illa non obstantiã re-  
vocant facultatē Episcoporum, à fortiori  
Regularium. At etiam si aliqui ita tene-  
ant, sunt tamen plures, qui cõtrarium, ex  
quibus Bann. 2. 2. q. 11. a. 4. Nugn. in add. ad  
3. p. q. 8. a. 5. lib. 10. Gran. tr. 15. d. 14. sect. 2. Lor-  
ca d. 45. Zer. in pra. c. 15. q. 20. Rodr. in sum. p.  
1. c. 81. Couz. in sum. lib. 10. c. 6. dub. 14. & Hen-  
riq. lib. 6. de poenit. c. 14. In quos inclinat A-  
vil. p. 2. c. 7. d. 1. d. 6. Et probabil. putat G.  
Hurt. d. 15. de exc. diff. 3. Et in praxi videmus  
Episcopos ita observare, & à talibus casi-  
bus absolvere, quod consequenter possunt  
Regulares. Ad hoc autem quod dicitur,  
non obstantias appositas in Bulla, revoca-  
re concessionem factam Episcopis à Tri-  
dentino, Respondeo falsum esse, nam sic  
habet

P



habet Bulla: non obstantibus privilegiis quibus-  
cunque etiam à cuiusvis Concilio generali Cano-  
nicis concessis. At Episcopi non absolvent  
ab occultis Bulla, virtute alicujus privi-  
legii sed suae jurisdictionis ordinariae,  
Tridentinum enim illo suo decreto non  
concedit illis aliquod privilegium circa  
praedictos casus, sed liberum usum suae ju-  
risdictionis relinquit. Unde attento quod  
Episcopi possint in sua Diocesi omnia, &  
ab omnibus casibus absolvere, exceptis  
his in quibus Papa vel Concilium ligat illis  
manus, ideo quia Bulla revocat solum  
privilegia, patet quod non obstantibus e-  
jus clausulis, possunt Episcopi ab ejus ca-  
sibus occultis absolvere. Deinde R. con-  
stituta à Trid. esse in tanta Religione in  
Ecclesia, propter Concilii dignitatem, ut  
nunquam censeantur comprehensa sub  
ulla revocatione, nisi expressa mentio-  
nibus Concilii fiat, quod non contingit in  
Bulla Coena. Dices, si conceditur per Bulla  
non obstantias abrogari privilegia ab-  
solvendi ab ejus casibus, ergo saltem Re-  
gulares non poterunt amplius ab illis ab-  
solvete, cum omne quod possunt, non  
possint nisi per privilegia (quidquid sit  
interim de Episcopis.) R. negando con-  
sequentiam, quia Bulla revocat quidem  
privilegia data directe ad absolvendum à  
suis casibus, non autem data ad absolvendum  
ab Episcopalis casibus, casus autem Bulla  
occulti, non sunt amplius Bulla, sed Epi-  
scopales, ut in superioribus dixi.

37 Obijciatur secundò contra meam opinio-  
nem, ea privilegia quae concedunt Regu-  
laribus casus reservatos Episcopis intel-  
ligi, de his, qui illis jure antiquo reservan-  
tur de quibus Gloss. in cap. si Episcopus de pae-  
nit. in 6 Sylv. Armill. Angel. in sum. v. casus.  
Sed R. hoc gratis dici, nam posito, quod  
casus Bulla occulti sint facti Episcopales,  
& privilegia Regularium concedant illis

casus Episcopales, sine discrimine, non  
video, cur gratiam debeamus coactare &  
restringere ad casus reservatos Episcopis  
jure antiquo. Dices, restitutionem hanc ideo  
esse faciendam, quia quando Tridentini  
committit Episcopis casus Papales occul-  
tos, censetur personas illorum ad hoc ma-  
nus elegisse, & delegare, quod non con-  
venit Regularibus, sed R. etiam & hoc  
gratis dici, quia Episcopi non absolvent  
ab illis casibus ut delegati sed ut Ordina-  
rii, quia ut supra notavi, in his quae Pa-  
pa committit Episcopis, & praecipue, quae  
absolutiones, non censetur eos delegare  
sed manus solvere, & suae jurisdictionis  
usum liberum relinquere ut interim no-  
taceam etiam personas Regularium, ce-  
sendas merito à Papa electas ad hos actus  
ad quos illis concedit privilegia. Et quia  
haecenus de casibus Bulla occultis, non  
pariformiter intelligi debet de quibus  
alii reservatis in Italia, quando similia  
sunt occulti.

Nota secundò circa eosdem quinque ca-  
sus, eos reservari Regularibus, per Italiam  
unde ego infero, ipsorum absolutiones  
non esse reservatas in Urbe Roma, licet  
sit caput Italiae, & totius Orbis, nam pro-  
pter singulares ejus prerogativas, non  
venit nomine Italiae, nec in ea compre-  
henditur, & maxime in odiosis & rele-  
vationibus, & ita satis clarè potest colli-  
gi ex ipso textu constitutionum, in quibus  
praedicti casus reservantur.

Nota tertio circa eosdem casus qui-  
que. Illos qui continentur in Bulla Coena  
& alios Papales, quod licet alicui, ut Grotius  
Hurt. d. 1. 1. de poenit. d. si. 3. Vasch. Corne-  
Henriquez & quidam alii, parent, Papae  
sibi eos reservare, ratione enormitatis  
Alii tamen, ut S. Antonin. 3. p. 11. 17. cap. 1.  
Dur. in 4. d. 17. q. 15. Lain. in meth. p. 1. cap. 1.  
§. 3. Caie-




18 Caietan. in sum. v. casus Navarr. in man. 224. quoad secul. 2. n. 18. censent illum sibi esse reservare, solum ratione censurę annexę, atque ideo non casum ipsum, sed censurę esse reservatam. Et ita esse de jure affirmat Suar. 10. 4. d. 26. sect. 2. concl. 2. & Noll. v. casus 1. quamvis aliquando secus contingat in praxi. Verum cum praxis sit quę facti, de qua nullibi constat, ideo ad id quod juris est attendendo, & sequendo posteriorem opinionem tanquam favorabilem, & probabilem cum versemur in materia odiosa, atque ideo restringenda. Debet ante omnia prudens Confessarius expendere, an pœnitens qui casum commisit, simul censuram contraxerit, & si quidem contraxit, poterit se gerere secundum ante dicta, sin autem, absolvet illum perinde ac si casus non foret reservatus, quia de facto non est respectu ipsius. Excusant autem ab incurrenda censura, aliavē pœna spiritali, multæ circumstantia, & primò quidem Ignorantia seu pœnis seu facti, ut docet D Th. 2. 2. q. 75. a. 3. Sanchez. 10. 3. de matr. lib. 9. d. 32. Lud. Mol. 1. 9. de iust. tr. 5. d. 31. & passim alii. Idque etiam si sit vincibilis & affectata, seu casualis, quando censura data est cōtra eos, qui temerē, vel sciēter fecerint rem veritam, vel qui facere præsumperint, vel quando hoc supponit dolum. Cign. cap. ignorantia de reg. jur. in 6. Donell. in com. jur. civil. lib. 1. cap. 18. & 20. Gapl. Hurt. de censuris in com. d. 12. Et de excom. d. 13. dis. 1. Cælest. suess. 17. d. 3. cap. 5. Angel. v. dolus. Tabien. eod. v. Syle. v. culpa Et Ghilin. v. excommunicatio.

23 Vermiculat in quā ignorantia facti non tantum si versatur circa substantiam actus, sed etiam si circa circumstantiam, propter quam censura est lata, ut si quis volens occidere hominem, occidat Clericum, ignorans illum quem occidit, esse

26 talem. Hurt. diff. 21. cit. Et item ignorantia juris, non tantum, similiter quando versatur circa substantiam actus, sed etiam quando circa circumstantiam, ut si aliquis faciat rem, quam quidem scit esse malam, & prohibitam, non tamen esse prohibitam sub censura. Portel. v. ignorantia in addit. Avila par. 2. d. 5. dub. 7. Valch. dub. 16. de excom. Hurt. citatus, & alii. Et sic v. g. conjux incestuosus, cum ignoratione pœnæ 27 privationis juris ad debitum conjugale, non indiget dispensatione, secundum Portel. cit. Graph. & alios, quorū opinionem probabilem putat Ludov. Mol. 10. 6. de iust. tr. 1. d. 5. d. 71. nu. 9. Ubi pro hoc allegat Sorum. Sed supponunt illi privationem juris ad debitum, esse impositam per modum pœnæ incestus, quod est falsum, imponitur enim propter affinitatē contractam, unde quamvis sit vera eorum doctrina, exemplum, nam admitto. Sed & item valet eadem doctrina, etiam si is qui facit rem prohibitam, sit ita affectus, ut non omitteret facere, quamvis sciret esse prohibitam, sub censura. Caietan. 1. 2. qu. 76. art. 3. Mol. & passim alii.

28 Excusat secundo ab incurrenda censura, oblivio, seu inadverentia actualis, quia hæc æquiparatur ignorantia, adeò ut is qui rem prohibita sub censura operatur, eam tamen non incurrat, si operando vel imediatē ante, de illa non cogitavit, quamvis alias sciat habitualiter censuram esse annexam tali actioni. Suar. 3. p. 10. 5. d. 4. sect. 8. Alor. lib. 1. inst. cap. 16. qu. 3. & 4. Sanchez. in op. mor. tom. 1. lib. 1. c. 16.

29 Tertio Imperfectio actus, seu inde liberatio, ut si pœnitens operatus est ex primo motu iræ, semisopitus, semiebrius, aut ex quacunq; alia causa sibi plenē non præsens; vel quando in tali actione non peccavit mortaliter, seu ob parvitatem materiæ, seu ob aliam causam, secundum



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

communem doctrinam.

- 30 *Quartò*. Quando is qui operatus est, non fecit rem prohibitam, sub omnibus circumstantiis sub quibus prohibita est sub censura, & propter quas censura est adjuncta.
- 31 Ac demum *Quintò* excusatur à censura, is qui fuit solum complex principalis agentis, nisi lex aliud dicat. *Clar. in pract. crim. qu. 86. §. 2. Caiet. in sum. v. excommun.*
- 32 Et communiter alii. Quando verò lex comprehendit complices cum principali agente, si is non contrahit censuram, nec complices. *Gloss. cap. ad audientiam 2. de sent. excom. Et Covarr. in rubr. de homicid. 2. par. relec. num. 5.* Fallit si lex aequè principaliter ferat censuram in complicem, atque in principalem agentem, & eos liget independentè à se invicem.
- 33 An autem ignorantia reservationis censuræ, excuset ab illa incurrenda? *Joann. de Lugo dist. 20. de Sacram. penit. sect. 2.* ait, quòd si reservatio facta est per modum pœnæ, probabile est censuram non habere locum in ignorante, secus si facta est per modum medicinæ, propter circumstantiam, quæ meritò exigit, ut consulatur Pontifex. Quæ opinio si ab autoritate Eminentiss. Cardinalis probabilitatem vendicare queat, puto, jam paucos ituros Romam pro suis absolutionibus.
- 34 Nota *Quartò* circa eisdem casus Bullæ, & quinque alios, sic eorum absolutionem reservari in constitutionibus Cardinalium, ut solus articulus mortis excipiat, sublati hac in parte privilegii. Attamen quia jura concedunt Episcopis absolutionem reservatorum quando non est recursus ad Papam, aut in simili alia necessitate, & in prædictis constitutionibus, non derogatur juri communi, sed privilegii. Ideo detentus legitimo impedimèto,

quominus Romam eat, poterit absolvi ab Episcopo, vel alio habente similem jurisdictionem, non per privilegia, sed virtute juris cõmunis, & ita statuitur in cap. de cetero, & c. ea noscitur de sent. excom. Facit quia esset nimis durum, non posse hominem contritum absolvi nec admitti ad participationem Sacramentorum. Quinetiam plerumque foret injustum, quia sic cogeretur prodere suò delictum, & jacturam famæ incurrere, ad quod nemo potest obligari. Imò pro qua servanda, concedunt DD. posse excommunicatum irregularem cum contritione se divini admiscere. Unde quia minus est inconveniens, & minus periculosum, ut imputatus ire Romam, absolvatur ab ordinario, vel alio habente potestatem, quam cum sola cõtritione præsumpta, accessu ad divina, ideo dicendum est posse illum absolvi non obstantibus prædictis constitutionibus. Ita Tamb. to. 2. de iur. Abb. d. 1. q. 15. Henric. de penit. lib. 6. cap. 9. q. 10. & Guttier. de matr. c. 19. Avil. 2. p. cap. 7. dub. 6. Nald. v. Bulla Cane nu. 63. Mancian. pract. 4. visit. instr. dub. 18. Et alii graves, optima nota Theologi, quorum opinionem probabilem putat Duard. in Bull. Bonac. tomo 3. d. 1. quest. 22. par. 2. Quod vel maximè verum est, & admitti debet respectu ejus qui laborat impedimento perpetuo, quia tale impedimentum comparatur articulo mortis secundum D. cast. to. 2. de Sacram. tr. 8. d. 11. dub. 16. Garza in enchir. Episc. v. absolutio Gaspar. Hurt. d. de penit. d. ff. 13. Palaum & alios. Quod vis etiam in illis qui impedimento perpetuo laborant, locum dare possunt, & de his locutos auctores superius retulimus, credere, & secundum illos absolvi re. Nam pro hoc extant plures canonici in rubr. de sent. excommun. Sed tunc obler-

observandum erit, ut quando aliquis tali impedimento non perpetuo laborans, capit absolvi, ad Episcopum saltem, vel Legatum Apostolicum accedat, seu ad alium habentem similem potestatem. Et is exigat ab ipso juramentum, de se presentando Sedi Apostolicae, ubi primum impedimento liber erit, ut dicitur in illis locis, & si suae promissioni non satisfecerit, eandem censuram recidet, juxta cap. *essum. eod. in 6.*

40 Porro causa legitima, ex quibus excusatur quis ire Romam pro accipienda absolutione reservata sunt primò propter Sexum *cap. mulieres. de sent. ex. Sylv. v. absol. 4. n. 3. Sayr. de cens. lib. 3. cap. 28. nn. 11. & passim alij.*

41 Secundò. Propter aetatem senilem vel imuberem. *cap. ea noscitur cap. quod de his. & c. quamvis de sent. ex.*

42 Tertio. Propter periculum mortis, vel vel alterius gravis incommodi, quod reus posset in via pati, ut si habet inimicum *cap. ea noscitur cit. & cap. de cetero, eod.*

43 Quarto. Propter paupertatem, si non habet sumptus necessarios ad viam, & alias non solet mendicare *cap. quod de his. & c. cap. r. quamvis eod. Panor. cap. ea noscitur cit. Sylv. & Sayr. citati.*

44 Quintò. Propter infirmitatem, quando est habitualis, licet non periculosa, *cap. ea noscitur & cap. quod de his cit. Ubi Innocent. & post ipsum Sylv. cit. excusat laborantem podagra, febrì quartana, aut velerudinarium.*

45 Sextò. Propter conditionem subjectionis, si non sit sui juris, ut Religiosus *cap. Monachi. capit de monachibus. & cap. cum illorum. de sent. excommunicat. Navar. in man. cap. 11. num. 98. & 90. Mancini in pract. 4. v. in sup. dub. 18. Filius familias, licet pubes, cap. mulieres cit. Navar. & Manc. citati. Et servus cap. cit. mulieres. & cap. relatum eod.*

Septimò. Propter membrorum seu defectum, seu imperfectionem *cap. cit. ea noscitur.* Ubi Panorm. hoc titulo excusat caecum vel claudum.

Octavò. Propter damnum, quod tempore absentiae, vel occasione illius, timeatur aliis eventurum, quo titulo Armilla excusat eum qui labore diurno solet suam familiam alere. Et Aufon. *in sum. v. absol. à cens. dominos temporales, qui non possunt facillè suis arcibus aut subditis abesse, & à fortiori habentes curam animarum.*

Nonò. Propter quodvis aliud impedimentum, quod judicatur rationabile, & supramemoratis æquiponderat. *cap. de cetero. & c. quod de his. & c. quamvis citatis.*

Et qui non potest ire Romam, ut se personaliter presentet Papae, non tenetur mittere, ut eum communi docent Hugolin. *in Bull. Caene. 3. p. Henriq. lib. 12. cap. 3. Lud Mol. tract. 3. de iust. d. 64. Duard. lib. 3. §. 2. quest. 8. & Furr. d. 15. de excom. diff. 3. Sed potest petere absolutionem sibi necessariam à suo Ordinario, ut monet Navar. *in man. cap. 27. nu. 89. Fum. in armit. v. absolutio. n. 4. Sylv. eod. v. 4. n. 7. Panorm. cap. de cetero de sent. ex. Felin. cap. quamvis. eod. & alij Canonista. in cap. eos qui. eod. in 6. Vel à suo parocho, si non patet ei accessus ad Episcopum, secundum Innocent. *cap. 1. extra. eod. Fum. loco. cit. Et Angel. v. absolutio. 3. n. 17. Quod Aufon. in sum. Dian. v. absolvere à censur. num. 36. ad-admittit non tantum, quando absolute non patet accessus ad Episcopum, sed etiam, quando non patet ira facilis. Fortè etiam posset dici nec teneri ire ad Episcopum eum, qui non potest ire ad Papam, nisi in casu manus violentae in Clericum, aut aliis (si qui sunt) pro quibus ira in jure cavetur, at quantum ad ceteros, fas esse cuilibet sacerdoti approba-***

REGIA  
BIBLIOTHECA  
PADERBORN  
ET  
MUSEUM  
N. REGITLAS  
MULLAHLA  
OSTOLICE



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

53<sup>to</sup>, ab his absolvere, quia Papa nō reservat sibi casus, & Episcopus cōjunctim, aut in supplementū, sed sibi soli & privativē ad quemlibet alium. Unde si accidat ut quis aliquo casu ligatus non possit ire ad Papam, censetur Papa per epicheiam, aut cum illo dispensare, vel nolle ut in tali occasione casus sit reservatus pro ipso.

54 Dicere autem quōd debeat ire ad Episcopum, non possumus, nisi ut dictum est, quando ita in Jure cavetur, quia onera & odia non inducuntur, nisi quatenus invenitur in Jure expressum, invenitur autem, pro percussore Clerici, ita expressum in multis locis v. g. in *cap. de cetero. de sent. excom.* At pro aliis casibus solum statuitur, ut juramentum recipiatur de se presentando Papæ, ubi primum impedimentum cessaverit, c. *quod de his. & c. qu. univ. eod.* quis autem debeat absolvere, non dicitur. Ergo signum est, hoc relinqui Confessario ordinario pœnitentis. Atque hæc circa casus Pontificios reservatos, salva in omnibus doctorum censura.

Quod verò attinet ad Episcopales, admittis constitutionibus Cardinalium, de quibus in superioribus, non possunt Regulares absolvere ab his, quos ipsi Episcopi, in suis quique Diœcesibus reservant. Sed quia à nonnullis (ut jam monui) revocatur in dubium, an illæ constitutiones sint sufficientes ad derogandum privilegijs Regularium, ideo à nonnullis etiam asseritur, illis non obstantibus, posse Regulares à prædictis casibus absolvere. Et ita inter alios tenent Andreas

55 Mendo in *Bull. cruciat. d. 23. cap. 4.* Urban. ab Ascens. in *Theol. Mor. tr. 2. dist. 1. c. 1. reg. 7.* Hinoiosa in *direct. decis. regul. v. confessarius* Chastain. *tr. 5. cap. 2. prop. 2.* Et alii apud Dian. *to. 11. tr. 2. ref. 9.* Ubi ipse aliis allegatis tenet contrariū. Unde inferas utram-

que opinionem esse probabilem, cum utraq; suos auctores, suasque rationes habeas.

Imò longè probabiliorem (ne dicam solam probabilem) ipse Diana redidit præcedentem. Nam solutio difficultatis pendet ab ista, an constitutiones Cardinalium factæ, habito verbo cum Sanctissimo, obligent, & habeant sufficientem efficaciam ad derogandum privilegijs. Ipse autem Diana *tr. 2. cit. ref. 22.* allegatis auctoribus, quos ego superius citavi, fuse deducit eorum rationes, ac nulli respondendo, simpliciter sic dicit, ac totam quæstionem concludit: *Tu reverentissime Lector, inter pugnantes Doctorum sententias, illam sequere, quæ magis auctoritate Congregationis favet, & revera omnino mihi displicet opinio Bruni & Vericelli, de declarationibus Cardinalium, factæ verbo cum Sanctissimo.* Sic se putat Diana nodum Gordianum solvisse, & omnem quæstionem difficultatem removisse sua asseritione, de dispendentia opinionis Bruni & Vericelli. At placet aliis & mihi, cur non illam sequar? Cur ego sequar, faventes Cardinalibus opiniones, si nullum motivum nullæ ratio adducitur, quæ ad hoc me inducat? An justum motivum amplectendæ alicujus opinionis, solū quia favet Cardinalibus? Sed cur Diana mora quæstione, fuse deducit rationes pro opinione, quæ respicit constit. Cardinalium, & ad nullam respondet? An quia oblitus? An quia non habet quod respondeat? An quia ipse opinionem Bruni & Vericelli veram putat, sed Romæ, & in facie Cardinalium profiteri non audeat contentus alieno nomine astruere? &c.

Ut ut sit, certè quando Regulares non possunt cōmodè se presentare Episcopis pro ipsorum casibus, permittitur ipsis plenariè Episcopali auctoritate, concel-

fiene, quam Eugen. IV. fecit minorib. de  
 quo Compend. mendic. v. absol. quoad secul.  
 & Chaff. tr. 5. cap. 2. prop. 2. Et quam ego  
 puro non tolli per constitutiones Car-  
 dinal. etianisi admittantur, argumen-  
 to eorum quæ diximus, pro iis casu-  
 bus, in quibus non patet facilis ad Papam  
 accessus, siue interim difficultas se teneat  
 ex parte pœnitentis siue ipsius Episcopi,  
 siue alterius circumstantia-  
 55 Imò, quando Sacerdos iudicat, non  
 expedire salutem pœnitentis, si remittatur  
 ad Episcopum, potest illum absolvere,  
 quamvis abas nullo privilegio sit muni-  
 tus. Nam eo casu, censetur pœnitens la-  
 borare iusto impedimento, atq; ideo Epi-  
 scopus consentire per epicheiam ut ab-  
 solvatur, vel nollet, ut sit reservatum pro  
 illo laicum peccatum, si enim quis execu-  
 tur ab eundo Romanam, vel ad Episcopum  
 propter impedimentum corporale, quan-  
 to fortius, si illud respicit animam & sa-  
 lutem æternam. Et ita tenent Angel. v.  
 casus Episc. refer. per notata à Panorm. in cap.  
 quod de lectio. de consang. & cap. at si Clerici. de  
 iudic. Dicast. de Sacram. to. 2. tr. 8. d. 11. duh.  
 17. Diana to. 11. tr. 8. ref. 49. Et Nald. v. ab-  
 sol. à censur. n. 15. Ubi pro hoc allegat Suar.  
 & Reginald. Quod locum habet, non  
 tantum quoad peccata, sed etiam quoad  
 censuras secundum Angel. lo. cit. Et etiam  
 quoad reservatas, secundum Dian. ite cit.  
 60 Pro uberiori autè instructione, in hac  
 materia censurarum, & reservationum.  
 Nota quintò. Quòd cum illæ sint odio-  
 se, adeo & nulla unquam præsumitur aut  
 inducitur, nisi quatenus invenitur in ju-  
 re expressum, ut notat Crot. cap. quia in  
 61 omnia. de usur. Ad hoc verò ut aliqua cen-  
 sura, lata in iure, incurratur, vel ut casus  
 reservatus dicatur perpetratus, multa  
 prorsus requiruntur à DD. Et primò qui-  
 dem, ut actus sit verus, non improprius,

aut fictus, vel in quo per fictionem ali-  
 quid inducatur Burg. cap. Canonum. de  
 offi. Archid. cap. licet de for. comp. Et bi DD.  
 Secundò. Ut sit perfectus & cõpletus, 62  
 in sua specie, non solum physica, sed etiã  
 morali, hoc est factus secundum omnes  
 illas circumstantias, sub quibus à lege  
 prohibetur. Innoc. cap. 1. de præf. Felin. eod.  
 Crot. cap. quia in omnibus. de usur. Arr. de  
 Valder. cap. porro. eod. Ioan. Andr. cap. 1. de  
 homicid. in 6. Barth. l. si is qui cum relo. C. ad  
 l. cor. de sicar. Castr. & Ang. l. 1. ff. quod quisq;  
 Tertiò. Ut sit factus cum dolo, hoc est 63  
 cum certa scientia, & plena deliberatio-  
 ne. Avila in tract. de censur. p. 1. dub. 11.  
 Quartò. Ut actus sit purus, & nudus, 64  
 nulla circumstantia vestitus, alia ab his  
 quæ notantur in lege. Nald. v. Abbas. n. 1.  
 Quintò. Debet esse sic factus, ut agens 65  
 operando peccaverit mortaliter. D Th.  
 & Palud. quos citat, & sequitur Armil.  
 v. excommunicatio. num. 8.  
 Sextò debet censura vel casus refer- 66  
 vatus intelligi solum de principali agente,  
 non de cooperantibus, nisi aliter in le-  
 ge dicatur. Nald. v. casus. n. 3. & Chaff. tr.  
 4. cap. 2. prop. 1.  
 Septimò. Debet is qui operatus est, ef- 67  
 se certus, tam quòd casum ipsam prohibi-  
 tum, commiserit, secundum omnes  
 suas circumstantias, quàm quòd comit-  
 tendo peccaverit mortaliter, ad hoc ut  
 teneatur recurrere ad Superiorem: quòd  
 si est dubius non tenetur, quia liberras  
 stat pro ipso Suar. d. 4. de cens. sect. 6. Egid.  
 d. 13. n. 75. Sa. v. casus refer. & Gasp. Hurt. de  
 censur. in com. diff. 13. Et d. 11. de panit. diff. 6.  
 Et si actus deficit in aliqua circumstantia 68  
 ex relatis, aut aliqua superabundat, non  
 reputatur esse ille, qui fuit reservatus, vel  
 cui annexa fuit censura, sed alius, ut cum  
 communi notat Hurt. supr. cit. Et Sanch.  
 to. 3. de matr. lib. 8. d. 8. quia tale secundum  
 quid;

REGIA  
 BIBLIOTHECA  
 ET  
 MUSEUM  
 HISTORICUM  
 REGIUM  
 BAVARICARUM  
 OSTIUM

quid, non est proprie tale. l. i. ff. de donat. & l. cum ex ratione. eod. de excus. tur.

- 69 Nota sexto, quosdam casus esse simpliciter reservatos, quibusdam censuram annexam, aliis poenam, aliis utrumque. Et hanc diversitatem debet imprimis nosse prudens Confessarius, quia licet Regulares possint absolvere à plurimis casibus quoad culpam vel censuram, rarius tamen quoad poenam. Et sic v. g. quando actus irritatur à lege, non potest Regularis illum validare, licet absolvat à peccato commisso dum exercebatur. Sic licet absolvat à simonia, non tamen potest dispensare cum simoniacis, ad renitendum beneficium: licet absolvat illum qui non recitavit Horas, non tamen potest dispensare à restitutione fructuum beneficii; licet absolvat illum qui occidit vel mutilavit, non tamen potest cum illo dispensare in irregularitate, quam contraxit; licet absolvat eum, qui uxorem occidit, non tamen potest dispensare, ut adulteram ducat, & sic de pluribus aliis fallit ubi ad hæc habet privilegium, secundum dicenda in sequentibus.
- 70 Nota septimo, semper esse validam absolutionem datam à Confessario, secundum potestatem, quam ille habet, licet forte ipse non sit conscius sui privilegii, modo dum absolvit, intendat absolvere, secundum extensionem suæ potestatis, quod sine dubio omnes intendunt & exprimitur in his particulis formæ absolutionis. *In quantum possum, & indiges.*
- 71 Octavo. Confessus habenti potestatem absolvendi à reservatis vel censuris, manet liber à reservatione, etiamsi forte propter suam indispositionem, sit adhuc in reatu coram Deo, nec de facto absolutus, nisi putativè. Unde quando melius dispositus, volet repetere confessionem, non erit opus ut iterum accedat ad Superiorem, vel ad alium habentem casus reservatos, sed poterit absolvi à simplici Sacerdote, qui sit approbatus. Et quidem de censuris nullum est dubium, nam ut ab his quis absolvatur, nulla in eo dispositio requiritur, sed sufficit voluntas absolventis. De peccatis verò probatur, quia peccata non reservantur præcisè propter absolutionem, sed ut poenitens se sibi Superiori, instruat, & ejus mandatis pareat, quando verò semel se illi præsentavit, censetur satisfecisse suæ obligationi, & Superior sufficienter instructus de ejus Statu, atque ideo poterit jam quocumque alio absolvi, si forte absolutio accepta à Superiore, fuit invalida, respectu sui casus cessat reservatio, ut Covar. cap. alma. de sentent. excommun. v. 1. p. 8. n. S. Antonin. 3. p. tit. 14. Adrian. 4. de confess. Tabien. v. absolutio 2. nu. 59. Amil. & Cajetan. v. casus. Angel. v. confessio nu. 1. Sylv. eod. v. 1. qu. 4. nu. 7. & qu. 19. n. Rosell. eod. v. 2. nu. 9. Sa eod. v. nu. 7. Novar. in man. cap. 26. num. 13. Henric. lib. 6. cap. 16. Gabr. in 4. d. 17. q. 1. a. 3. d. 2. Suarez. poenit. d. 31. sect. 4. & Conin. d. 8. de sac. d. 1.

Absolutus à Regulari in articulo mortis à censura, seu casu reservato Papæ manet absolutus in futurum: & si superaverit, (etiam admissis constitutionibus Cardinalium) non tenebitur se præsentare Papæ, quia in prædictis constit. revocantur quidem privilegia, absolvendi à casibus earum, sed tamen excipitur articulus mortis. Ergo privilegia manent suo vigore, pro illo articulo, & consequenter absolutus in eo manet liber à præsentando, seu Papæ, seu alteri. Henric. lib. 6. cap. 9. & lib. 13. c. 29. Peregrin. in compend. privil. cler. reg. v. absol. quoad sac. §. 1. Merol. tom. 1. d. 1. cap. 2. & Cutillo addit ad 4. præst. Mancini dub. 40. Ad jurat. ro, quæ possent in contrarium allegari.

respondeo, ea intelligenda seclusis privilegii, at ubi admittuntur privilegia, locum non habet eorum dispositio.  
 Nono magna est differentia inter absolutionem, quae datur à peccatis, & eam quae à censuris. Nam à peccatis nemo absolvitur, etiam in articulo mortis, nisi sit Sacerdos, sed à censuris potest Laicus in illo articulo absolvere, quia in tali casu censetur Ecclesia per episcopiam ita velle, & potestatem ad hoc necessariam concedere. Ita Gloss. c. postoratus de off. ord. §. prae-  
 nia Panor. à nobis de sentent. excommunicat. Angel. v. absolutio 3 nu 17 Armill. eod. v. nu. 40. ubi citat D. Tho. Anson. in sum. Dian. v. absol. à censur. nu 57. Ubi citat Laym. Et ex Marchino addit, ita observandum esse in praxi, cum sit opinio non solum probabilis, sed etiam ex qua nullum inconueniens sequitur, quin potius magna utilitas morientis. Quod verò Zambr. ait in decis. aur. cap. 7. dub. 2. nu. 7. Id quidem posse Diaconum non tamen aliam, caret fundamentum, cum de hoc nihil habeatur in iure. Et episcopia in qua solum versamur, aequè in Laico militet atque in Diacono, ob eandem rationem, nempe ob necessitatem morientis.

§. III.

De potestate Regularium ad dispensandum.  
 1 Regulares possunt aperire litteras penitentiariae Romanae, & secundum eas dispensare.  
 2 Regulares possunt dispensare in omni irregul. proveniente ex minori delicto, occulto, & ubi id conceditur Episcopis de quo varia exempla proponuntur 3. & seqq.  
 3 Regulares possunt dispensare in omnibus votis, & iuramentis reservatis Episcopis, & seq.  
 4 Non autem in reservatis Papae quae sunt quinque 12. & 22. fallit tamen in diversis casibus.  
 5 Votum transmarinum; ad limina, & composit. est

reservatum, etiam factum ex sola devotione, & 24.  
 25 In voto Religionis potest Regularis dispensare in diversis casibus.  
 29 Item in voto castitatis.  
 32 Sed observandum quomodo fuerit conceptum.  
 33 In voto absoluto castitatis dum subest periculum incontinentiae possunt Episcopi, & Regul. dispensare.  
 35 Quomodo estimandum illud periculum.  
 13 In votis, & iuramentis, non dispensatur in praedictum tertium.  
 14 Satis commutare votum, quam absolute dispensare. Non semper potest dispensare in voto, qui potest illud irritare ibid.  
 15 An possit quis commutare suum votum proprio arbitrio.

Gregorius XIII. concessit Soc. Jesu, & Patres expositi à suis Superioribus audiendis confessionibus, possint aperire litteras Apostolicas, seu supremam penitentiariae, & secundum ipsarum tenorem absolvere, & dispensare, perinde ac si forent graduati in Theologia, vel sacris Canonibus; cum ad tales solum ejusmodi litterae dirigi sint solite. Compend. privil. Societ. v. confessores §. 3. Portel. v. conf. approb. n. 34. Capuce. in annot. ad Casar. eod. v. & Ro. der. 10. 1. q. 6 3. a. 8. Quomodo verò Confessarius se gerere debeat, in aperiendis ejusmodi litteris, vide Portel. loc. cit. Sanch. de matr. lib. 8. d. 34. & Bonac. d. 1. de leg. q. 2. par. 2. tomo 2. operum.

Eugenius. IV. concessit Minoribus & Sixt. IV. Minimis, facultatem dispensandi toties quoties, in omni irregularitate, quae provenit vel ex minori delicto, vel ex quovis alio occulto, (\*) prout jus commune permittit Episcopis. B. quae incipit: Sedes Apostolica. Vega in sum. v. absolutio casu 43. Portel. v. confessor. nu. 32. Casar. (\*) Potestas dispensandi data Regularibus est favorabilis, & ideo extendenda Sanch. in sum. lib. 4. cap. 43. num. 5.

Q. r. abso.

REGIA  
 GYLAUVN  
 ET  
 NMENTARUN  
 N REGTLAS  
 NCELLANUS  
 OSTOLIO  
 III

- v. absolutio, quoad secul. 2. Henric. lib. 7. de indulg. cap. 28. Cælest. Suesl. tract. 8. cap. 8. Et Chass. tr. 5. cap. 4. prop. 1. Et quia Tridentinum connumeratur pro jure communi, ideo possunt Regulares, virtute hujus privilegii, dispensare, prout idem Trident. concedit Episcopis in sess. 24. cap. 6. de Ref.
- 3 Et sic v. g. possunt dispensare cum illo, qui suscepit Ordines ante etatem, vel cum esset excommunicatus, vel sine dimissoriis, vel cum falsis, & hac occasione incurrit suspensionem, cap. Lugdunen. § 9. q. 1. & cap. eos qui de temp. ord. in 6. tunc enim si casus est occultus, ut potest Episcopus in eo dispensare ita & Regularis, secundum Avil. de cens. p. 3. d. 6. dub. 1. Palaum tom. 6. d. 4. p. 9. Laym. lib. 1. tr. 5. p. 3. cap. 4. Bassæ in floribus Theol. v. suspensio 3. Villalob. in summ. tomo 1. tr. 9. diff. 60. March. de Sacv. ord. tract. 1. p. 5. cap. 3. & 11. Et Dian. tom. 11. tr. 6. ref. 4. Ubi pro hoc allegat speciale privilegium Soc. Jesu. Item idem dico de illo qui post sic malè susceptos Ordines exercuit, & in irregularitatem incidit, vel qui licet ritè suscepit, in excommunicatione tamen exercuit, quia si casus est occultus potest Episcopus in eo dispensare, secundum Palaum. Sayr. Pelissar. Caspens. Barbof. & alios quos citat & sequitur Diana, quod pari jure per privilegium de quo supra possunt Regulares. Item virtute ejusdem privilegii, possunt Regulares dispensare in homicidio casuali etiam publico, vel perpetrato ex repentina ira, vel per excessum moderaminis, in defensione. Item in irregulari, causata ex mutilatione, vel defectu lenitatis. Ex defectu natalium, si est occulta. In bigamia, etiam vera ad minores Ordines. Item in omni irregularitate, ex quocunque delicto orta, etiam publico, & deducto ad forum, postquam iudicium fuit finitum, & poena soluta. Quia Doctores concedunt communiter, potest
- Episcopum in his omnibus dispensare. Cum verò concessa sit Regularibus, ea potestas circa dispensationes, quam jus attribuit Episcopis, nec sit ratio cur privilegium loquens generaliter, coarctetur ad unam speciem dispensationis, ideo favorabiliter potest & deber ad omnes extendi. Et ita affirmant Lud. Caspens. in corp. Theol. to. 2. tract. 25. d. 5. sect. 17. Bassæ v. irregul. laritas 15. n. 10. Peliss. in man. regul. to. 2. tr. 4. cap. 3. Hinoios. in direct. regul. decis. v. dispens. secul. Chass. tract. 5. cap. 4. prop. 1. Cruz Rodriq. & alii. Quòd verò Dian. to. 11. tr. 4. ref. 3. dissuadet usum hujus privilegii, ne offendantur Episcopi, non est ratio sufficiens, ad abstinendum totaliter; aliàs abstinendum foret ab omnibus, cum ferè de omnibus offendantur: sed prudentia Confessarii potius committendum putat, ut attentis circumstantiis personarum, & casuum, sic studeat vitare scandalum, & offensam Episcoporum, ut non omittat opera charitatis, & solamen animarum. In quem finem vel maxime concessa sunt Regularibus sua privilegia. Et ipse Diana eod. to. tract. 2. ref. 63. admisit hanc opinionem, cum ibi dicat, posse Regularem dispensare in homicidio casuali. Allegari ad hoc Mart. à S. Joseph. Cordub. Sayr. & Henric. Est autem eadem paritas de aliis casibus, de quibus supra.
- Jul. II. concessit Congreg. Vallisoleæ. Et diversi alii Pontifices aliis Ordinibus facultatem dispensandi in votis reservatis Episcopis. Præterquam in voto peregrinationis ultra duas dietas, est verò dicta spacium 7. leucarum. Roder. to. 1. qu. 69. arr. 3. & 4. Less. lib. 2. de iust. d. 18. c. 40. Cruz. in epis. privil. lib. 2. cap. 6. Deinde Martin. V. concessit etiam hoc votum Regularibus, teste Portel. v. confess. erga. secul. Navarr. in man. cap. 12. num. 79. Et Lopez in pract. crim. cap. 4. Ac tandem Eugen. IV. pra-



in voto, aliud commutare, aliud irritare, nam irritare est actus potestatis dominativa, commutare vel dispensare, jurisdictionis Ecclesiastica, unde v. g. Pater potest irritare votum filii, conjux conjugis, Dominus servi, non commutare vel dispensare. Econtra vero potest Confessorius commutare vel dispensare, non irritare. At Prælati regularis respectu sui Monachi potest & irritare, & dispensare, & commutare. In occurrentia autem casus, satius est commutare, quàm totaliter dispensare, vel irritare.

**Quartò.** Quòd quisque pro arbitrio potest suum votum mutare in aliquid melius, secundum Panor. *cap. scriptura de vot.* Armill. *v. votum Capuccin. in add. ad Casarub. eod. v. Caiet. in sum. v. voti com. Et 2. 2. qu. 88. art. 12. Valent. d. 6. gen. de iust. quest. 6. par. 7. Sot. lib. 7. de iust. quest. 4. art. 3. Graph. lib. 2. decis. cap. 30* Et plurimos alios apud Sanch. in *op. mor. lib. 4. cap. 53.* Dicentes tunc tantum recurrendum esse ad Superiorem pro commutatione voti, cum in aliquid minus poenitens cupit commutari. Sed ego puto, etiam tunc intervenire debere Superiorem, cum in majus opus commutatur. Quia non liberatur qui solvit rem, etiam meliorem, nisi solvat eam, quam debet *inst. quibus mod. toll. oblig. in imit. & l. 2. ff. si cert. pet.* Ita Innocent. Host. & Joann. Andr. *cap. pervenit. 2. de iure iur. D. Tho. in 4. d. 38. quest. 1. a. 4. qu. ult. Ricard. a. 8. qu. 1. Angel. v. votum 4. nu. 2. Sylv. eod. 4. nu. 7* Et ita videtur colligendum ex *cap. 1. de vot.* Utraque opinio propter suos Auctores, suasque rationes est probabilis.

**Quintò.** Quòd possunt Regulares dispensare per sua privilegia, etiam in votis reservatis Papæ, in multis casibus Quorum isti sunt præcipui nempe **Primò**, quando votum est dubium, seu illud dubium sit facti, seu juris, positivè vel negativè, & idem

**Secundò**, Quòd ubi dispensatio redundet in præjudicium tertii, non suffragantur privilegia, quia nunquam intendit Princeps nocere alteri per gratiam, quam uni concedit, secundum dicta alibi. Et ita excepisse ac declarasse Gregor. XIII. restatur Portel. *v. dispensatio num. 18.* & Sanch. in *op. mor. l. 4. c. 54.*

**Tertio**, Quòd longè aliud est dispensare

Q 2 dcim

- dem dic, si est incertum. Baun. *tr. 8. de pot. ep. 9. 13. in Theol. mor. Sanch. in op. mor. l. 4. c. 40. & Suar. li. 26. de Rel. c. 26. 20. 2. Secundo.*
- 17 Quando est disjunctivum, & alterutra pars non est reservata, Port. *v. d. n. 14. Tertiò.*
- 18 Quando vovens habuit intentionem obligandi se solum sub veniali. Aulo. *in sum. Dian. v. Episc. jurisd. n. 28. & seq. Quarto. Si vovit ex metu, quamvis levi, sed injusto. Idem ibid. Angel. v. votum quarto n. 9. Gloss. Cardin. Panor. Butr. & alii. cap. veniens, qui*
- 20 *oler. vel vorent. Quintò. Quando petitur dispensatio, non super voti substantiam, sed circumstantiam. Less. lib. 2. de iust. c. 40. dub. 18. & Sylv. v. votum quarto num. 3. Sextò.*
- 21 Quando votum deficit à vera voti reservati ratione, qualia sunt omnia conditionalia. Less. & Bauny. *citati. Tambur. to. 2. de jur. Abb. d. 19. q. 2. Dian. 3. p. oper. tr. 5. miscell. ref. 25. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 4. cap. 8. Sanch. in sum. to. 1. lib. 4. cap. 40. & 10. 3. de matr. lib. 8. d. 10. & Machad. in perf. conf. tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 1. 4. doc. 3. Et quos ibi citat Lud. à Cruce Trull. Ant. Gomez & Ledesm. Ratio est, quia talia vota non emittuntur ex directo affectu in rem quæ promittitur, sed ad beneficium, quod vovens à Deo petit, & intercedente voto sperat se obtenturum, nihil promissurus aliàs. Quod est causa, ut ejusmodi vota conditionalia non repurentur absoluta & perfecta, sed impura, tanquam à radice imperfecta proficiscientia, puta à deliderio beneficii, quod petitur à Deo, nò ex amore virtutis, seu boni operis, quod vovetur, quæ imperfectio quia imbibitur in substantia taliù votorum, ideo reddit illa imperfecta, & inde dispensabilia. Quando aliquis casus reservatur (inquit Sanch. d. 10. cit.) reservatio tanquam odiosa intelligitur de casu perfecto, & completo in sua specie. Ad hoc autem ut votum dicatur perfectum, in propria specie voti reservati, non sufficit, quòd obligatio*

eius sit absoluta, sed simul requiritur, ut radix eius sit etiam perfecta, nempe ut affectus vovens feratur directè in rem, seu virtutem per votum promissam, & ex solo eius intuitu illam voveat.

Sextò. Circa ipsa vota reservata in in dividuo. Et Primò. Circa transmarinum. Gloss. in cap. ex multa de vot. Graph. 1. p. de cis lib. 2. cap. 31. Sà v. votum. Machado 10. 1. in perf. conf. lib. 2. par. 3. tractat. 14. doc. 9. & quos ibi citat Henricq. Rodrig. & Trull. putaverunt hoc solum esse reservatum, quia ex quo Papa in sap. cit. ex multa. illud solum sibi reservat, censetur alia relinquere Episcopis. Aitque Mach. citat. esse communem. Verum cum Sixt. IV. sua reservet alia quatuor, de quibus supra, in extrav. *Etsi Dominici*. Et illi Authores sint Sixto IV. posteriores, nec poterint ignorare prædictam extrav. necesse est (non scio quo fundamento) ut ascripserint reputaverint alter alias scripserint. Sed & item quoad illud idem votum non defuere, qui tenuerint non esse reservatum, nisi quando emittitur in subbidium, & ita videtur colligendum ex textu *c. ex multa cit.* ubi illo obligati appellantur *cruce signati*. Et ita ibi docent Gloss. & Panor. Sà & Graph *supra citati* Bauny in *Theol. mor. tractat. 8. de pot. ep. quæstion. 15.* Quorum opinionem in jure veram dicit Angel. v. votum 4. num. 6. Verum ego contrarium teneo, & esse reservatum, etiam si fiat ex solo motivo Religionis, quod ego colligo ex *capit. vementis de vot.* ubi dispensatur cum illo qui voverat visitare sepulchrum Domini, & ex extrav. Sixt. IV. qui non utitur alio termino, quam peregrinationis. Et ita tenent Covarr. de pact. 1. §. 3. Lopez lib. 5. v. *terusaleni Less. lib. 2. de iust. c. 40. dub. 18.* Sylv. v. votum quarto num. 3. Sanch. in sum. lib. 4. c. 40. & plures alii quos ibi citat.

24. Circa votum ad Compostellam, & ad  
 limina Apostolorum, idem tenet Bauny  
 supra cit. quod de voto Hierosolymitano;  
 sed non scio, quo fundamento, nec puto  
 hoc in parte esse audiendum, cum loqua-  
 tur contra communem sensum.

25. Circa votum Religionis, intelligitur  
 de approbata, & quoad essentialia solum,  
 nihil poterit Regularis per privilegia  
 dispensare cum eo, qui vovit unam Reli-  
 gionem, ut alteram etiam laxiorem in-  
 greddatur, juxta Mach. tr. 14. cit. doc. 7. Less.  
 26. Sylv. utem citat. Vel dispensare cum illo  
 ab obligatione perseverandi, si in Novi-  
 tatiu experitur nimiam difficultatem.  
 Aulon. supra cit. Mach. & apud ipsum  
 Sanch. Sanctarel. Trull. Lud. à Cruce, &  
 Sagund. An autem à voto probandi Reli-  
 gionem? Sylvest. putat, quod non, sed  
 ego puto quod sic, quia votum proban-  
 di Religionis - non est votum ipsius Re-  
 ligionis.

27. Demum circa votum castitatis, intelli-  
 gi debet, de castitate vera, & proprie di-  
 cta, eaque perpetua, & sic potest Regu-  
 laris dispensare in voto non nubendi,  
 non tangendi feminam sacrorum Ordini-  
 um, vel castitatis ad tempus. Angel. v.  
 num. quarto. num. 9. Sylv. eod. nu. 3. Mach.  
 31. tr. 12. cit. doc. 4. Less. Navarr. & alii. Item  
 in voto virginittatis, secundum nonnul-  
 los, quia virginittas, ut sic, differt à casti-  
 tate. Quod Bauny in Theol. mor. tr. 8. de pot.  
 q. 1. 3. admittit, postquam virginittas  
 hinc dehorata, etiamli per solos tactus im-  
 puros. Verum quia ista nomina Virgi-  
 nittas, Castitas, non nubere, feminam nō  
 tangere, & similia alia, solent in cōmuni  
 modo loquendi confundi, & usurpari pro  
 eodem, quamvis in scholis distinguantur,  
 ideo prudens Confessarius debet ante  
 omnia attendere, non quibus verbis usus  
 est ille qui vovit, sed quam voluntatem

habuit, & quo motivo ad vovendum in-  
 stus fuit ad hoc, ut intelligat quomodo se  
 gerere habeat. Demum volunt aliqui  
 posse Regularem, seu Episcopum dispen-  
 sare etiam in voto castitatis absoluto,  
 quando subest magnam periculum in-  
 continentia, quia in cap. veniens. qui cler. vel  
 voventes, hoc conceditur Episcopo, & ita  
 tenet Mach. tr. 14. cit. doc. primo. Pro quo  
 allegantur ab aliis Abb. Cardin. Butr. &  
 alii scribentes, in c. cit. veniens. Cōtra quos  
 Sylv. v. votum 4. nu. 3. ex ipso textu cona-  
 tur ostendere, Episcopum ibi non dispen-  
 sasse sua potestate ordinaria, sed tāquam  
 delegatum à Papa. Fortè etiam posset di-  
 ci ( secundum doctrinam in superiori-  
 bus traditam) feminam, de qua in illo ca-  
 pit. non fecisse simpliciter votum castita-  
 tis, ex amore ipsius virtutis (liquidè prius  
 consenserat nubere) sed castitatem ele-  
 gisse tantquam medium, quo se liberaret  
 malo marito, & nuptiis nimis facile illi  
 repromissis, atque ideo votum fuisse im-  
 perfectum, & dispensabile. Addit Gloss.  
 ibid. illam vovisse ex perturbatione. Non  
 inficior tamen quin soleant DD. ex eodē  
 c. probare & evincere propositionem po-  
 sitam nempe posse Episcopum, virtute  
 hujus canonis dispensare in voto casti-  
 tatis, quando subest incontinentia mag-  
 num periculum, quod similiter dico de  
 Regulari. Sed aestimare quando periculū  
 sit magnum, & unde, & tantum, ut sit di-  
 spensandum, & an remedia debita, & suf-  
 ficientia sint tentata, hoc opus hic labor  
 est. Addunt aliqui similiter esse licitum  
 Episcopo vel Regulari dispensare in voto  
 absoluto castitatis ob periculum evidens  
 scandali, damni tertii, vel quando non est  
 facilis recursus ad Papam. Chast. tr. 1. cap.  
 5. prop. 2. ubi pro hoc allegat Cardin. Butr.  
 Angel. Cafarub. Sōrb. Portel. Sylv. Sor.  
 Sanch. Henriq. Suar. & Dianam.

CAP.

REGIA  
 QUARUM  
 ET  
 NIMENTARIUM  
 N REGILAS  
 COLLARIUM  
 OSTIOLICUM  
 VITIUM

## CAPUT VI.

## Circa Contracta, &amp; Pacta.

## SUMMARIUM.

- 1 Cassinenses possunt sine labe Simonie facere pacta in unione Monasteriorum ad suam Congreg. Vel pro Monasteriis suis commendatis.
- 2 An autem licet etiam tractent commendataris super iisdem Monasteriis. 5. & 6.
- 3 Contractus usurarius nunquam potest reddi licitus, secus de contractu super beneficiis, & quare, ibid.
- 4 Pacta Regularium non tenent, nisi accedat consensus Provincialis.
- 5 Etiam illa, quae faciunt in receptione locorum.
- 6 Variè super hoc Pontificum constitutiones & 6.
- 1 **A**lex. VI. concessit Cassin. facultatē faciendi pacta & conventiones in unione Monasteriorum, ad suam Congregationem, vel beneficiorum ad sua Monasteria. Et ut propter talia pacta non incurrant labem Simonie, nec beneficia sic unita possint obtineri, quamvis aliàs illa eadem pacta sint prohibita à Sede Apost. B. Inter ceteros, quae est 110. in Bullar. Margar.
- 2 Innocent. VIII. & Leo X. iisdem Dominis meis Cassinensibus, dedere licentiam componendi super recuperandis Monasteriis suae Congregationis in commendam datis, modo illa non sint consistorialia. Quod deinde anno 1532. confirmavit Paul. III. B. quae incipit: *Benignitas Sedis*, & est ordine. 158. in Bullar. Margar.
- 3 Alex. IV. B. quae incipit: *Mente solita*. Et Honor. IV. B. quae incipit: *Religionis favore*. pro Minoribus declararunt irrita quavis pacta facta à fratribus, seu Guardianis vel Custodibus, sine consensu saltem Provincialis, super quibusvis rebus, aut cum quibusvis personis, contra iura, statuta, vel privilegia Ordinis.

Et Jul. II. idem sancivit favore Minorum, de pactis atque conventionibus factis sine consensu Generalis, aut Capituli etiam generalis, in receptionibus locorum, seu domorum cum Praebatis, seu Rectoribus, aut Clericis Ecclesiarum, in quorum territoriis sita sunt ejusmodi domus. B. quae incipit: *Alias venerabilem*.

Nota autem circa duo priora privilegia, quòd licet illa eximant Cassinenses à simonia non tamen secundum aliquos excusantur Commendatarii, cum illis pacifcentes, sicut non excusantur, qui dat pecuniam ad usuram; quamvis secus sit de illo qui accipit à nolente dare alio modo. Attamen ego puto excusari non esse paritatem de usura, & commendam, nā usura est intrinsecè mala, atque in nullo casu potest reddi licita, vel excusari usurarius, at verò quia commendam est approbata ab Ecclesia, & facit iustum titulum, & conventiones super beneficiis non sunt prohibita, nisi jure Ecclesiastico, ideo potest occurrere casus in quo ex circumstantiis illa cohonestentur, & Ecclesia judicet esse dispensandum, qualis casus est, si agatur de reformatione Monasterii super quo fit conventio, & de ejus servatione in ordine, per ejus unionem ad aliquam congregationem. Quòd si aliquis injusto titulo tenet Abbatiā vel beneficium, tunc locum haberet prior opinio, quia possent tamen injustus detentor per exemplum allatū de usura.

Nota secundò circa duo posteriora privilegia, quòd ab aliquibus dicuntur revocata & sublata per *cap. fin. de pactis*. Verum cum illud caput sit Bonif. VIII. quo longè posterior est Jul. II. ideo potest intelligi, illa revocatio nisi de

Ugen. IV. concessit Cassinens. facultatem administrandi Eucharistiam omnibus devotionis causa ad eorum Ecclesias confluentibus. B. Etsi quaslibet. & B. Regularem vitam. Eos vero qui sic Eucharistiam receperint in Ecclesiis eorundem Cassin. idē Eugen. exemit à jurisdictione Nuntiorum, Episcoporum, & quorumcunque iudicum, ut propter hoc non possint contra illos agere vel procedere. B. quae incipit: Etsi ex debito.

Nota verò circa hoc privilegium, quod ab illo excipitur à nonnullis (& factis communiter) solemnitas Paschalis; in qua putant neque Cassinenses, neque alios Regulares posse administrare S. Eucharistiae Sacramentum. Qui tamen non conveniunt in designando, quid nomine paschatis, seu solemnitatis Paschalis intelligant. Nam Sor. in 4. d. 19. qu. 4. art. Valent. 10. 4. d. 6. quest. 8. par. 4. Suar. d. 72. sect. 2. Vasch. d. 219. cap. 3. Regid. qu. 82. ar. 3. Roder. 10. 7. qu. 54. art. 3. Et plures alii, dicunt, nihil aliud hac in parte intelligi, quam tempus illud, intra quod tenentur fideles satisfacere praecepto annuae communionis, & indefinitè omnes dies comprehensos, intra illud tempus, ut qui vel jam praecepto satisfecit aliquo horum dierum, vel satisfactorus est, possit in quocunque alio etiam ipso Dominicae Resurrectionis sacro Communionem recipere à Regularibus. Et ita Eugen. IV. declarasse ait Compend. privil. Societ. Jesu, v. Eucharistia. De quo & aliarum declarationes Cardinal. allegantur ab Authoribus hujus opinionis, per quas prohibentur Regulares administrare Eucharistiam in Paschate, hoc est, pro Communionem Paschali. Navarr. vero in man. cap. 21. n. 52. Henric. lib. 8. c. 55. Et alii nomine Paschatis intelligunt ipsam diem Domi-

CAPUT VII.

Cura Eucharistiam administrandam, & exponendam.

SUMMARIUM.

Regulares possunt dare Eucharistiam omnibus illam petentibus, & 15.  
Eius pro Communionem Paschali. 8. 10. 11.  
De hoc privilegio dubitavit Lugo.  
Sed sine legitimo fundamento, ibid.  
Quod nomine Paschalis solem. intelligendum & 5.  
Hoc privilegium non tam Regulares respicit quam laicos.  
Liberi sunt circa receptionem Eucharistiae.  
Eius possunt molestari ex eo quod illam recipiant à Regularibus.  
Propter proprius Sacerdos omnium fidelium.  
Eius privilegio non obsunt declar. Cardinalium.  
In Bulla Innocentii X.  
Regulares possunt administrare vaticum.  
Eius tamen non habent praxim, nec etiam in legendis.  
Regulares possunt in suis Ecclesiis exponere S. Sacramentum altaris.  
Saepe variavit interdum S. Congregatio.  
Regulares possunt per Octavam Corporis Christi cum eo facere processionem singulis diebus.  
Locus exemplis, & extra territorium equi- parantur.

ILLEGIA  
V. L. ARVNI  
ET  
MMONTARIN  
N. REGILAS  
CELLARUS  
OSTOLICA  
V. L. EP. ARVNI  
III



Dominica Resurrectionis præcisè. Et ita à S. Card. Congreg. declaratum affirmat Afor. lib. 8. quæst. 7. & Farinac. in declar. Trident. ac novissimè anno 1645. die 7. Febr. confirmatum asseritur ab Innocent. X. B. quæ incipit: *Exponi nobis*. In qua una die non liceat Regularibus administrare cuiquam Eucharistiam, seu petatur ex sola devotione, seu ad satisfaciendum præcepto annuæ communionis.

6 Verum Joan. Henriq. in *gg. moral. sect. 15. Remig. in pract. confes. tr. 3. cap. 3. §. 1. Joan. de Soria in epilog. sum. p. 3. tr. 1. sect. 1. d. 7. Martin. à S. Joseph. in monit. confes. to. 1. lib. 1. tr. 5. de Euch. & Lud. de S. Joan. in sum. q. 8. de Euch. ar. 3. diff. 3. docent posse Regulares in suis Ecclesiis administrare fidelibus Eucharistia Sacramentum etiam in ipsa die Dominica Resurrectionis. Et ad satisfaciendum præcepto annuæ Communionis. Quam opinionem probabilem putant Tambur. Panorm. *opusc. de com. cap. 4. §. 4. Et Leand. de Sacram. to. 2. tr. 7. d. 3. quæst. 19. Quibus ego subscribo, ob rationes sequentes, & eorum ac infra citandorum DD. auctoritatem.**

7 Primò enim non videtur hoc privilegium concessum, propriè & directè Regularibus, sed fidelibus ad ipsorum Ecclesias venientibus, quibus Pontifex voluit, & intendit favere potiùs, quàm ipsis Regularibus, qui nihil inde nisi laborem consequuntur, sic enim loquitur Eugen. in Bullis citatis: *Præterea, cum sepe contingat ob devotionem, quam ad Monachos præfate Congregationis nonnullæ persone habent singularem, ad ejusmodi monachos pro earum salute animarum recurrere. Nos volentes earum devotioni satisfacere, liceat -- Dicit Congregationis Prælati, suis Monachis, deputatis à suis Superioribus ad audiendum hujusmodi personarum confessiones accedere -- Eisq; ac omnibus, qui ad præfatos Monachos ob devotionem recur-*

*rerint, Eucharistia Sacramentum ministrari valeant. Voluit igitur Pontifex hic favere, non Monachis, sed devotioni fidelium ad ipsos accedentium. Unde cum declarationes subsecutæ (si quæ sint, seu à Papa, seu à Cardinalibus, authenticæ, & recipiendæ) non revocent nisi privilegia ipsorum Regularium, manebit hoc quod non Regulares, sed fideles respicit) in suo vigore, argumento eorum, quæ dicuntur de revocatione indulgentiarum concessarum Regularibus, non pro se ipsis, sed aliis applicandæ, seu ab aliis lucranda in ipsorum Ecclesiis.*

*Secundo. Quia in cap. omnis, de paroch. remis. Et in Trid. sess. 13. can. 9. solummodo præcipitur fidelibus, ut semel in anno hoc in paschate Eucharistiam recipiant de loco verò, in quo illam debeant recipere, vel de cujus manu, nihil dicitur. Unde signum est, quòd utrumque decernitur relinquit singulos in sua libertate quoad hoc. Ad quod cum maximè faciunt dicta in cap. præced. §. 1. ubi de post. Reg. ad confes. audiend. Quòd si dicatur mentionem proprii Sacerdotis in cap. cit. omnis, facilis est responsio, Papam esse proprium per universam Ecclesiam, & que ideo recipi Eucharistiam de manu seu licentia proprii Sacerdotis, quam recipitur de manu Regularis habentis hoc à Papa licentiam per privilegia.*

*Tertiò. Omne dubium tollitur per privilegium Nicol. V. & Jul. II. Pro Religiosis Monasterii S. Mariæ de Guadalupe olim Ordinis S. Bened. nunc S. Hieronymi quo illis conceditur facultas administrandi Eucharistiam. Quibuscumque personis sine alia Episcopi aut Parochi licentia, pro Communionem Paschali, & ad satisfaciendum præcepto annuæ communionis. Quod privilegium fuit postmodum extensum ad omnia alia ejusdem Ordinis à Paulo II. Pio IV.*

Pio IV. & aliis Summis Pontificibus, ut  
 restantur Cruz. in epist. privil. lib. 2. cap. 5.  
 de 4. cunct. 3. Beia in resp. mor. cap. 4. p. 4.  
 Robert. 10. q. 56. art. 3. Cafarub. v. commu-  
 nicatio. Diana de celeb. Miss. res. 83. Barbof.  
 de off. & pot. parochi cap. 20. Bauny in theol.  
 mor. 10. de Euch. qu. 19. Et Marcellin. à S.  
 Bened. in comp. privil. full. v. Eucharist. Qui  
 comes inde inferunt, posse Regulares,  
 habentes communicationem privilegio-  
 rum, cum Ordine S. Hieron. virtute hu-  
 jus, administrare Eucharistiam, quibus-  
 cumque personis, etiam pro Communio-  
 ne Paschali, & ad satisfaciendum obliga-  
 tioni cap. cit. omnis. de par. & remiss. Et ita  
 contra quemdam Parochum, in quadam  
 Diocesi judicatum refert Dian. loco supra  
 cit. Quamvis ipse in 10. 11. suorum oper. 11. 2.  
 11. 6. Et jam ante ipsum Mirand. in man.  
 11. 4. 2. art. 2. consulat ut abstineatur  
 ab usu hujus privilegii, propter scanda-  
 lum & alia inconvenientia, quae inde pos-  
 sent oriri. Sed hoc consilium non video  
 secutos fuisse Regulares, aut certe pau-  
 cos, cum aliunde possit obviari incom-  
 modis, quae nec timere Pontifices privi-  
 legii largitores, nec justè quis queat scan-  
 dalizari, contra Regulares, si illo utan-  
 tur. Quod licet in dubium videatur Lu-  
 go revocare in d. 18. de Euchar. Potius ego  
 credo, tam multis aliis de illius concef-  
 sione fidem facientibus, hoc maxime at-  
 tento quòd rationes, quas idem Lugo ad  
 illud impugnandū adducit, ita leves mihi  
 videantur, ut se ipsis absque refutatione  
 hiant.

Quantum verò ad alia, quae in initio  
 hujus allegata R. verum quidem esse,  
 quòd declarationes Cardinalium dero-  
 gant huius privilegio, sed quia illa non  
 habent vim & auctoritatem legum, ideo  
 illis non obstantibus, manet privilegium  
 in suo robore. Ad Bullam verò Innoc. X.

Resp. illam non esse constitutionem pro-  
 priè dictam, neque munitam clausulis &  
 derogationibus requisitis ad invalidanda  
 privilegia Regularium, sed fuisse editam  
 solum ad confirmandam declarationem,  
 anno 1644. Die IX. Jul. emanatum in fa-  
 vorem Archiep. Burdigal. à S. Cardina-  
 lium Congreg. in qua decernitur, posse  
 prædictum Archiep. prohibere Regula-  
 ribus ne in die Sanct. Paschæ Eucharistiã  
 administrant; verum quia hic casus est  
 specialis, & aliàs illa constitutio nõ  
 continet derogatorias necessarias, ut dictum  
 est. Imò nec fuit promulgata, & intima-  
 ta cum solemnitatibus requisitis, ideo &  
 nec per illam evacuantur privilegia Re-  
 gularium, vel si quid operatur, non se  
 extendit ultra Diocesium Burdigal.

Diversi Summi Pontifices concessere  
 variis Ordinib. Mendic. facultatem admi-  
 nistrandi S. Euch. Sacramentum, quovis  
 tempore & casu, excepta solemnitate  
 Paschali, ubi nota *Primò*, quòd per hanc  
 exceptionem non enervantur dicta in  
 superioribus. Nam licet aliqui Pontifices  
 exceperint hanc solemnitatem, non ta-  
 men *ahii*, unde licet non possint Regula-  
 res (imò prohibeantur) virtute hujus  
 concessionis administrare Eucharistiam,  
 possunt tamen virtute aliarum, de quibus  
 supra.

Nota *Secundò*, quòd ex quo excipitur  
 solemnitas, & casus Paschalis, hinc licet  
 inferre omnes alios dies, & casus esse re-  
 lictos libertati Regularium, & fidelium,  
 atq; ideo posse eosdem Regulares admi-  
 nistrare Eucharistiam in articulo mor-  
 tis, & pro viatico, quia exceptio firmat  
 regulam, Neque obstat *cl. Greg. de privi-  
 vil.* ubi hoc prohibetur, nisi præhabita li-  
 centia parochi, nam ut bene arguit *hass.*  
 hæc datur per privilegia à Papa, qui est  
 Supremus omnium Ordinarius & Paro-  
 chus,

R

chus, & ita ibi valde clare innuit textus his verbis: *Præterquam in casibus à jure expressis vel per privilegia Sed. Apost. concessis. Facit, quia privilegia revocata à quocunq; Cōcilio, (excepto Trident.) fuere postmodum restituta, ut fusiùs suo loco dixi, & consequenter istud, cujus nullæ revocatio extat nisi præfata Clement. quæ est Concilii Viennensis. Attamen quia usus & consuetudo interpretatur privilegia, & nullibi (quod sciam) habent Regulares usum administrandi viaticum, & aliàs nullum ad hoc in individuo habent privilegium, sed ex aliis generalibus solum hæc facultas evincitur, ego puto, quod ex dictis possent se quidem legitime defendere, si pro administratione viatici impererentur, sed tamè satius est, hac in parte zelo parochorum cedere, quàm novitates & per eas turbas in Ecclesia suscitare.*

18 Possunt Regulares inconsulto Episcopo, exponere in suis Ecclesiis S. Eucharistiæ Sacramentum, pro quacunq; causa, seu privata seu publica, & fundatur hoc Jus in exemptione ipsorum Regularium, nam locus exemptus, & extra Dioccesin aequiparantur, secundùm Ancar. Franc. & Gemin. cap. 1. de const. Gonsalv. ad reg. 8. cancell. gloss. 43. Barbof. de off. & pot. ep. p. 3. all. 8. Kochier. de jurisd. in exempt. p. 1. qu. 7. & Henriq. lib. 7. c. 15. §. 4. De quo extant diversæ Rotæ decisiones, unde sicut non requiritur licentia Episcopi ad aliquid faciendum, v. g. ad exponendam S. Eucharistiã, in loco sito extra ipsius Dioccesin ita, & nec requiritur ad exponendam in loco, ab ejus Diocesi & jure exempto, de quo videri possunt duæ illustres declarationes Cardinalium, in favorem Regularium, apud Chass. tr. 2. cap. 3. prop. 6. Quamvis in oppositum aliã penitus contrariã, & derogatoriã allegentur à Diana to. 11. tr. 2. res. 5. Ex quibus patet

variassè interdum Patres purpuratos hoc negotio, sed quia Jura nos inclinamus semper potius ad favores, ideo hæc facultatem ego vendico Regularibus, propter rationem allegatam puto (si aliquid sit deferendum declarationibus Cardinalium.) eas esse preferendas, quæ in favorum eorum prodierunt. Ad quod facit, quod Prælati Regularium sunt Episcopi in Monasteriis, & consequenter non indigent alterius licentia ad aliquid in eis sponendum. Pius V. concessit Dominican. licentiam celebrandi Festi Corporis Christi, cum processione SS. Eucharistiæ singulis diebus infra Octavam, per singulas Ecclesias, & ambitum suorum Monasteriorum, ubi nota Gregor. XIII. dicitur successorem, hoc idem generaliter permisisse omnibus seu Regularib. seu Clericis secularibus, B. Cum interdum con- gatur Accende Clem. VIII. hanc licentiam revocasse, & ad solos Dominicanos solum originaliter fuerat concessa, restituisse. B. quæ incipit: *Dudum felix recordatus Pius V. Per communicationem verò potuerunt alii Regulares sibi eam vindicare*

## CAPUT VIII.

## Circa Exemptionem.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares sunt exempti à potestate laicorum Clericorum.
- 2 Et etiam ipsorum Syndici ac Procuratores.
- 3 Regulares sunt exempti ab Officialibus Curie.
- 6 Etiam legati à latere.
- 3 Regulares sunt exempti ab Inquisitoribus.
- 4 Textus obscurus non potest abrogari per privilegium clarum.
- 6 Regulares sunt exempti ab Episcopis.
- 10 Et hoc jure à vno.
- 11 Paulatim hæc exemptio concessa fuit, & de crevit ad suam plenitudinem.



uratos  
inclina  
hanc  
ibus  
to  
ibus  
Cit,  
opi  
non  
in  
eis  
Dom  
Corpo  
charit  
id, cap. 1. §. 1. Et ad hoc refertur dictum  
per  
Mon  
dich  
liter  
um  
cent  
anos  
refr  
ich  
erò  
dicar  
M.  
lata  
arore  
ibus  
orib  
e priv  
is.  
fuit,  
A Mo

Monasterii privati ad Ordines integros ex-  
cepti.  
Tunc cause, concessa exemptionis, ibid.  
quibus Pontificibus Ordines Monastici acce-  
perunt exemptionem.  
Sicut est duplex potestas, secularis &  
Ecclesiastica, ita ab utraque diversas  
obtinere Regulares exemptiones, nam  
primò quod attinet ad temporalem Prin-  
cipum secularium omnino, & quoad om-  
nia ab illa sunt exempti, instar Clerico-  
rum, de quo in Novel. 123. §. si quis contra.  
Et generaliter ib. qu. 1. Et nos sect. præ-  
charit. cap. 1. §. 1. Et ad hoc refertur dictum  
per Nicolai I. Papæ ad Michael. III. Cõ-  
stant. Imperat. vestrum, & piorum Imperato-  
rum non est, ullum penitus querendi Monachos  
periculum nisi ad miserendum, & orationes  
eorum submissè posendum, Et illud Petri Da-  
miani in quadam epistola: Absit ut Mona-  
chis sub Regula vel Abbate subiciatur a-  
nno annis.  
Quin etiam Clemens VII. favore Mi-  
nonum de Observ. & Monialium San-  
ctæ Claræ, ab eadem potestate seculari,  
exemit Syndicos & Procuratores, cu-  
jusque domus ipsorum, ac sancivit, ne  
pro quavis causa, aut in quocunque ca-  
su, seu civili, seu criminali, vel mixto  
possint conveniri, nisi coram Conserva-  
tore Conventus cui serviunt. An tamen  
hoc privilegium singulare recipiatur in  
causis secularibus, ignoravi hætenus.  
Quantùm verò ad potestatem Eccle-  
siasticam, & personas, illam exercentes  
plurimas gratias consecuti sunt Regu-  
lares, nam primò ab Inquisitoribus hæ-  
reticæ pravitatis. Clemens VII. & Paul.  
III. exemit Camaldulenses. Sixtus IV.  
Carthugas. Jul. II. Dominicanos. Idem  
Jul. Innocent. VIII. & Leo X. Minori-  
tas. Et licet Trident. sess. 6. cap. 3. videat-  
ur hanc exemptionem tollere; Bene ta-

men notat Navarr. Concilium ibi loqui  
obscure, atque ideo non sufficere illum  
textum obscurum ad enervanda privi-  
legia Regularium clara. Quin etiam Pius  
IV. anno 1562. die 1. April. vetuit, ne In-  
quisitores procedant contra Regulares,  
reos in fide, quando eorum Pralati, jam  
cœperunt cognoscere Bull. quæ incipit:  
Pastoris æterni. Ubi tamen adverte, Paul.  
V. deinde anno 1606. die prima Septemb.  
hanc Bullam abrogasse sua posteriori,  
quæ incipit: Romanus Pontifex. Ac tandem  
Urbanum VIII. año 1631. die 5. Novemb.  
suâ novissimâ, quæ incipit: Cum sicut acce-  
pimus. penitus abrogasse, & abstulisse su-  
pra memorata privilegia, & quavis a-  
lia similia, per quæ Regulares exime-  
bantur ab Inquisitoribus. Verùm quia  
jubentur Regulares se submittere ejus-  
modi revocationibus, & parere con-  
stitutionibus Apostolicis, attestatis ma-  
nu Notarii publici, & munitis Sigillo  
alicujus personæ in dignitate Ecclesiasti-  
ca constitutæ, ideo quamdiu tali modo  
non fuerint illis intimatæ, nec etiam de-  
ferre tenebantur: pro quo insuper vide  
dicenda sect. seq. dub. 6.  
Secundò. Habent Regulares exem-  
ptionem à jurisdictione Legatorum Nun-  
tiorum, & quorumcunque Officialium  
Sedis Apostolicæ. Nam ita concessit Eu-  
gen. IV. Cassin. Clem. VII. & Paul. III.  
Camaldulens. Sixt. IV. Minoribus, aliq;  
Pontifices aliis Ordinibus. Ubi nota,  
quòd Roder. 10. 22. qq. reg. 64. art. 3. tenet  
hanc exemptionem non habere locum,  
respectu Legatorum à latere, aut eorum  
qui cum hac potestate mittuntur. Ve-  
rùm cum hæc distinctio non inveniatur  
in diplomatibus Pontificiis, non video  
quo fundamento possit illam Roder. ad-  
struere, & sufficienter fulcire.  
\* Vide Gl. c. ruzum. de privil.

R 2 Ter-

REGIA  
CLARUM  
ET  
MINUTARIA  
N REGIAS  
CELLARUM  
OSTOLICE  
VIL. IMPERII

Tertiò. Regulares sunt exempti à potestate & Jurisdictione Episcoporum, & quorumvis Ordinariorum locorum. Et hoc plenissimè & absolutè adeo, ut jam nullam possint Episcopi in eos exercere Jurisdictionem, nisi quatenus Papa vel Concilium ipsis eos subjicere comprobatur cum sufficienti derogatione exemptionis concessæ, ut inter alios docent Barbof. de off. & pot. ep. par. 3. alleg. 76. Rodriq. in ept. qq. reg. vel. 112. Diana 4. p. operum tract. 4. res. 23. Ren. Chop. lib. 1. monast. tit. ult. num. 2. & passim alii. Ubi nota, quòd Petr. Blesen. epist. 68. pro suo zelo satis improbat exemptionem Regularium, nec multùm ab eo dissentit Baron. in Annalib. ad an. 676. Ubi affirmat, extunc cessasse Summos Pontifices concedere exemptionem, quod experimento didicissent, magis obfuisse, quàm profuisse disciplinæ Monasticæ. Addit ibid. satis colligi ex diversis Epistolis S. Bernardi nunquã illi placuisse (puta ex epist. 42. ad Henric. Senon. Archiep. & cap. 8. 9. & 10. lib. 3. de consid. ad Eugen.) Item neque Sancto Francisco pro suo Ordine, sed fuisse opus fratris Helia. Verùm ego puto, id Baronii & Blesensis zelo donandum, quamvis enim negare non velim, quin possint aliqua inconvenientia pululare, ex Regularium exemptione, si tamen hæc conferantur cum his quæ ex subjectione oriuntur, omnimodis necessaria exemptio judicabitur. (†) Quam nemo improbaverit, nisi simul plurimorum Concil. decreta, & sanctissimorum Pontificum gesta, ac Ecclesiastica instituta carpere se posse præsumpserit. De qua materia vide doctissimum tractatum à doctissimo Baldo editum, Ac recentius à Josepho Aldrete Soc. Jesu impressum

† Quod vetustas præstitit, & Patrum auctoritas roboravit, nova non debet violare præsumptio. Synmach. Papa epist. 11. ad Cæsar. Arcl.

Hispali anno 1619. in quo utroque opererque author, non solum firmis rationibus adstruit exemptionem Regularium, sed etiam rationes Episcoporum in contrarium, eruditè convellit.

Quin etiam Lud. Miranda ( non reguum Seraphici Ordinis lumen ) in præl. par. 1. quest. 23. tenet, Regulares jure Divino exemptos, quia inquit, Christus religiosus est à Christo, esset autem inconveniens, Christum illum instituisse, & non dedisse Præfatis competentem auctoritatem, & jurisdictionem, atque gendos sibi subditos, quam si illis ( ut est ) concedamus, excluduntur Episcopi & sic Regulares virtute suæ institutionis sui que Principii sunt ab illis exempti. Quidquid sit autem de hoc discutiendum. Cum Episcopi sibi indifferenter omnia Monasteria subjicerent, & in omnia fuerunt primùm ab eorum jurisdictione exempta quoad aliqua, ut videtur in cap. abbas. cap. luminoso. & quam sit. 1. 1. Ac deinde absolutè quoad omnia, præterquam dum ob gravamina, quæ illis inferuntur ab Episcopis, ut videtur in cap. ex. cap. frater 16. q. 1. cap. nimis iniquum. prælat. & clem. frequens. eod. ubi ad ejusmodi gravamina referuntur. Interdum ob singularem dignitatem & prærogativam locorum. Quo titulo Innocentius voluit Abbatiam S. Pauli extra urbem immediatè subesse Sedi Apostolicæ ab omnibus Episcopis exemptam. Interdum ob voluntatem & pium desiderium Fundatoris, qua ratione Gundachardus Aquitanix cognomento Pius dedit Monasterium Cluniacense in conditione quòd esset exemptum à Episcopo Matisconensi, & immediatè à Sedi Apostolica.

† Anno 21. post mortem S. Benedicti in Monasterio S. Marci, Nune S. Medardi Suctionem exemptum, auctoritate Joannis III. Papæ. Chronic. ad Ann. 534. c. 1. in in præfatione. Int.

Interdum renuntiatione ipsorum Episcoporum, quomodo S. Germanus Episcopus Parisiensis exemit à sua jurisdictione Monasterium S. Vicentii, ejusdem civitatis Paris. quod nunc mutato titulo, ab eodem S. Germano denominatur. Interdum ob conditionem & statum Monasterii, quod invenitur ante Sedem Episcopalem fundatum, & nusquam illi subiectum, ut Cavense, de quo infra. Interdum solo beneplacito & proprio motu Romani Pontificis eximentis, eò quod ipsius & Sedis Apostolicæ interest habere per universam Ecclesiam, plures personas, & plura loca, sibi immediate subiecta, &c.

12 Sic verò cæpta exemptio à privatis Monasteriis ad Ordines integros derivata est paulatim, & successivis temporibus stabilita, ac firmata partim consuetudine & præscriptione, partim concordia & transactionibus inter Episcopos & Monachos, partim diplomatibus regum, & mantentione regiorum officialium, ut sicut differant Petr. de Marca in concord. lib. 3. cap. 17. Joann. Lomede de exempt. cap. 7. Et Cellot. in lib. de hier. Eccles.

13 Sed vel maxime indultis Rom. Pontificum. Nam Ordo seu Congregatio Cluniacensis obtinuit suam exemptionem à Clemente IV. Camaldul. à Leone X. Casinenses ab Eugen. IV. Cisterc. ab Alex. III. Vallisumbra. ab Innocent. IV. Olivetan. à Jul. II. Caestini à Caestim. V. suo fundatore & Innocent. IV Sylvestr. à Caest. III. Basiliani à Calixto III & Gregor. XIII. Carthusiani à Bonifac. IX. Pramonstratenses ab Alex. V. & nunc sunt ita exempti ut nec volentes possint se subicere Episcopis. cap. cum tempore de arbit. & cap. dilecti filii de venant. Nec mirum videri debet Regulares, & præcipuè Monachos exemptos esse ab Episcopis, cum

etiam aliquando speciali dispositione ipsius Monachis subiecti fuerint Episcopi aliqui. Nam ut testantur Petr. Diac. Uuion & Tambur Olim Monasterio Casinensi subiciebatur 4. Episcopatus Et de Monasterio S. Columbi in Insula Huenli item Vener. Beda in hist. Angl. lib. 3. cap. 4. refert omnes Episcopos Hiberniæ & Scotiæ fuisse subditos ejus Abbati. Habere solet ipsa Insula rectorem semper abbatem Præbiterum, cuius ditioni, & omnis Provincia, & ipsi etiam Episcopi ordine inuistato, debent esse subiecti, iuxta exemplum primi illius Doctoris qui non Episcopus, sed Præbiter extitit &c. En tibi subiectionem, en causam, nempe quia in illis locis Monachi, & non Episcopi fidem prædicarunt, atque ideo iustum visum fuit, & populum, & Episcopos Monachis subicere. Quòd si postea è re visum fuit exemptionis gratiam dare Episcopis, in illis locis, sanè non debet eis grave esse, eandem datam esse Monachis, seu in illis seu aliis locis. Et ita præter jura, & rationes adductas, & adducendas, interdum ostendit Deus se probare evidentibus signis, & suppliciiis terribilibus immisis in Episcopos, qui quorundam Monasteriorum exemptioni nolentes deferre, sibi subicere voluerunt, de quo vide exemplum seq. dub. 6. verum ut aliquid Paulò uberius dicam, & cum majori ordine in hac materia exemptionis placet ejus partes in singula capita distinguere, & per singulos paragraphos de illis tractare.

§. I.

De exemptione Regularium quantum ad bona.

SUMMARIUM.

- 1 Bona Regularium sunt exempta eo modo, quo Clericorum.
- 2 Non possunt gravari in possessionibus ab officialibus Papæ, vel Episcopis.
- 3 Mira-

REGIA  
BIBLIOTHECA  
MONTMARTINI  
IN REGIAS  
CELLAS  
OSTENSIVE

- 3 Miraculo asserta hæc libertas.
- 4 Cisterciensium negotia præ aliis sunt expedienda in curia.
- 5 Congregationes Monasticæ cum profusione, & suo gravi incommodo charitativum subsidium exhibuerunt aliquando Sedi Apost. 5.
- 6 Habeat propterea iuram privilegiorum confirmationem.

1 **R**egulares quoad sua bona sunt exempti primò eo modo, quo Clerici, & eodem jure à potestate Principum temporalium, de quo *scilicet. 2. cap. 1. §. 1.* Et secundò ab Episcopis Legatis Nuntiis, & quibusvis Pontificiis Commissariis, adeò ut non possint illos gravare exactionibus, præstationibus, aut ullis subsidiis etiam charitativis, pro ulla necessitate: de quo singuli Ordines sua privilegia obtinent, & referre supersedeo, contentus dicere hanc libertatem etiam calo descendente Regularibus fuisse assertam. (a) Nam refert Cæsar. *lib. 7. cap. 6.* Quòd cum olim Innocent. III. grave bellum moliretur in Saracenos & Turcas, pro recuperatione Terræ sanctæ, & liberatione fidelium inibi degentium Pontifex ratus causam justam se habere quassandi privilegia Regularium (attento quòd etiam in generali Concilio bellum illud decretum fuerat) petiit à Cisterciensibus quartam Partem suorum bonorum, in subsidium, illis autem opponentibus privilegia, cum Pontifex in sua petitione persisteret, negaverunt se quidquam duros. Obstinatione hominum supra modum còmotus Pontifex, decrevit (in exemplum & terrorem caterorum) omnia ab ipsis bona tollere. Nuntio consternati Monachi, & jam extio proximi invocant in suum Patrocinium B. V. Mariam, & per totam quadra-

(a) Bzov. in *annal. to. 13.* ad Annu 1205. die. Innoc. non petiisse à Cisterc. nisi Quadragesimam partem suorum bonorum.

gesimam angustiati nudis pedibus à capitulo procedentes Psalmos Pœnitentiales cum Lytaniis decantantes, Proceffiones per sua Monasteria agebant. Placuit Deo humilitas, placuit Mariæ pœnitentia. Nam illa susceptâ causâ suorum devotorum, videndam se cum magna majestate exhibuit Reynerio Pontifici à sacris confessionibus, & hæc verba suo nomine ad Pontificem ferre jussit (b) *Tu Ordinẽ Cisterciensium, cuius advocata ego sum, destruere conaris, sed non prevalebis, & nisi citius de tuo malo proposito respicias. Ego te & omnem potestatem tuam conteram.* Terrefactus verbò Pontifex animum mutavit, & quidquid contra Cisterc. decreverat, revocavit. Quin etiam ad placandam B. V. M. quæ se in ipsis offensa demonstrat, eorum privilegia & exemptiones confirmavit. Et novum adjecit, quo cavetur ut Cisterc. negotia ante quælibet alia in curia expediantur. Econtra verò scimus Congregationes Monasticas, & non mendicantes. Ac imprimis Cassinens. sub Pio V. Clem. VIII. & aliis Pontificibus, postpositis privilegiis tam profusa subsidia, filiali devotione, Sedi Apostolica provisdisse, & in hunc finem tanta debita contraxisse, ut usque in hodiernum diem, ab his se non potuerint exolvere. (c) Nam vel uni Pio V. semel obtulerunt ad quadringentorum millium scutorum summam integram, per opignorationem suorum bonorum inventam. Cujus sua liberalitatis amplam, & juratam suorum privilegiorum confirmationem, præmium tulerunt Anno 1671. die 20. April.

(b) vide Petrum Blesens. Episc. 112. quam refert Baron. tom. 12. Anno 1188. pag 818.  
 (c) Juravit Dominus & non pœnitebit eum. *Mat. 109.* Rogavi pro te petre, ut non deficiat fides tua.

§. II.

De exemptione Regularium, quantum ad domesticos, & familiares.

SUMMARIUM.

- 1 Domestici & procuratores Regularium sunt exempti ab Episcopis.
- 2 Operarii, benefactores, & qui ab eis Sacramenta recipiunt, ut super his non possint infestari.
- 3 Intra monasteria non possunt conveniri nisi coram conservatore Monasteriorum quibus serviunt.

Altera pars exemptionis concessa Regularibus, respicit eorundem familiares. Nam famuli ipsorum, domestici, procuratores, alique ejusmodi, intra Monasteria degentes, sunt exempti ab Episcopis, adeo ut non possint ab illis excommunicari, aut ulla alia censura affici, seu pro ullo negotio in jus vocari, ut pro Casim. sancivit. Eugen. IV. B. que incipit: *Episcopus ex debito* pro Cisterc. Innoc. IV. B. que incipit: *Cum a nobis* pro Camaldulensibus Clem. VII. & Paul. III. B. *Rationi congruit*. pro Minoribus Alexand. IV. B. *ut in vestris*. quas concessionibus non modo non esse revocatas, sed confirmatas a Trident. *cap. 11. de refor.* affirmat inter alios *Lambar. ro. 2. de iur. Abb. d. 6. quest. 16.*

Item operarii, benefactores, &c. Regularium. Aut qui ab ipsis Sacramenta poenitentiae vel Eucharistiae recipiunt sunt exempti ab Episcopis, locorum Ordinariis, Nunciis Apostolicis, & quibusvis aliis iudicibus, ac rectoribus, ut his de causis, hoc est propter beneficia, vel officia Regularibus impensa, vel Sacramenta ab illis recepta, non possint predicti Episcopi, Nunciis, Rectores aut Iudices, illos infestare, seu contra illos procedere, ex duplici constitutione Eugen. IV. que incipit: *Episcopus ex debito* 58 & 59. in Bullar. Marg. pro Casimienlibus.

Item Procuratores & Syndici Minorum & Monachorum S. Clarae exempti sunt a Clem. VII. a jurisdictione iudicum laicorum, nec possunt pro quavis causa conveniri nisi coram conservatore Monasteriorum quibus serviunt, ut in initio cap. jam notavi.

§. III.

De exemptione Regularium, quantum ad sua loca, & Monasteria.

SUMMARIUM.

- 1 Regularium Monasteria sunt exempta ab Episcopis.
- 2 Et eorum membra.
- 3 Episcopi non possunt in Monasteriis Regularium ullum conventum instituire. Nec Missas celebrare ibid.
- 4 Nec ea visitare.
- 6 Nec interdicare nec ullum cuiuscunque iurisdictionis actum in eis exercere.
- 7 Regulares non possunt obligari ad dandum hospitium in suis locis.
- 8 Neque ad custodiendam in eis ulla personam.

Item exemptio concessa in simplicibus terminis, debeat tanquam odiosa & secundum Regulam odiorum intelligi de solis personis. Summi tamen Pontifices, qui Regulares exemptione donarunt absolute ab Episcopis liberos esse voluerunt, & exemptos, non tantum quoad suas ipsorum personas, sed etiam quoad Monasteria, eorundem membra, aut quavis loca ab illis dependentia, uti videre est in textu ipsarum constitutionum, de quibus supra, & aliarum, de quibus in sequentibus. Unde Gasp. Hurt. erravit in tract. *de censur. in com. diff. 8.* ubi allegatis Suar. & Aegid. aut Regulares esse exemptos solum quoad personas, non quoad Monasteria, seu loca, in quibus sunt sita, hoc enim sine fundamento effluit: & convincit, ipsum nun-

ILLEGIA  
GVLAVVM  
ET  
MINTARIA  
N REGILAS  
CELLARIS  
OSTOLICE  
XVI. EPISCOPUS  
III

- nunquam legisse prædictas cōstitutiones.
- 2 Et aliàs certè exemptio foret parvi momenti. Quam tamen ego intelligo de Monasteriis primùm in quibus ipsi Regulares habitant, ac secundo de locis seu membris, non quidem omnibus, sed de his solum, quæ sunt pleno jure ipsis subiecta, secundum explicationem datam, ubi de benedict. & confec.
- 3 Et in his non possunt Episcopi Synodos vel Conventus aliquos cogere, neq; processiones facere, neque officia Divina, Missas, aliasve solemnitates celebrare, vel instituere sine consensu Regularium, ad quos talia loca vel Ecclesia spectant, ex decreto S. Gregorii Papæ, de quo in cap. Abbas, cap. quam sit & cap. luminoso. 18. quæst. 2. Et aliis recentioribus constitutionibus Eugen. IV. pro Cassin. & aliorum Pontificum pro aliis Ordinibus, de quibus in Bullar. Margar. Roder. & Mirand.
- 4 Item non possunt Episcopi visitare Ecclesias vel loca Regularium, vel SS. Eucharistiæ Sacramentum, quod in illis servatur, ex diversis similiter constitutionibus Summorum Pontif. (de quibus prædicti authores) ac subsequente declaratione S. Congr. Cardinalium, quam inter alios refert Quarant. in sum. Bull. v. privil. Regul. fol. 514.
- 5 Item non possunt Episcopi Ecclesias vel loca Regularium interdicerè, vel in eis à divinis cessare facere, uti pro Basilian. sancivit. Alex. III. B. quæ incipit: Sedis Ap. stolicæ. & Joann. XXII. B. quæ incipit: Provisio- nis, quas ad longum inter alios refert Bzov. in annal. Eccl. tom 14. Et plures alii Pontifices, pro singulis Ordinibus decreverunt de quo Cafar. v. exemptio.
- 6 Item (ut paucis multa complectar) nullum jurisdictionis actum, cujuscunque sit generis, possunt Episcopi exercere in Monasteriis, & locis Regularium, uti ca-
- vetur tum antiquo jure in cap. quam sit 11. qu. 2. ubi sic dicitur: Monasteria, nullis canonicis juribus deserviant. Et in cap. luminoso ubi sic dicitur: Nec audeat illic Episcopus cathedralam collocare, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi, &c. Tum etiam recentiori jure, per constitutionem Eugen. IV. pro Cassin. quæ incipit: Regulari v. m. Quam deinde innovavit & confirmavit Leo X. suâ, quæ incipit: Dum sacre Religio- nis. Ac tertio loco Paul. III. suâ, quæ incipit: Benignitas Sedis. Per quas à Prædictis Pontificibus, ipso facto, & absq; ulla declaratione excommunicantur omnes Episcopi, & quicunque locorum Ordinarii, qui aliquam jurisdictionem, vel aliquam jurisdictionis auctum voluerint exercere in locis prædictorum Cassinensium.
- Item non possunt Regulares obligari ad admittendum ad hospitium in suis locis quascunque personas, imò neque hostes pugnantes contra hostes Ecclesie, aut ad tradenda eadem sua loca ad usum cujuscunque rei vel habitationem cujuscunque personæ. cap. quam sit. 18. quæst. 2. Nullus Episcoporum, aut secularium ultra pœnas de redditibus vel hactenus Monasteriorum cellulis, vel villis, quæ ad illa pertinent, quibus vel immisiones facere. Et rursum ibid. Monasteria Ecclesiasticis conditionibus & angustis quibuslibet obsequiis secularibus nullo modo jaceant. Quæ jura, adjectâ pœnâ excommunicationis, innovavit & de novo Eugen. IV. favore Cassin. B. quæ incipit: Et si ex debito quæ est 59. in Bullar. Margar. Ac deinde Pius V. generaliter favore cujuscunque Regularium B. quæ incipit: Cum sit, ut, quæ est 148. inter ejus constitutiones Bullarii communis.
- Item non possunt Regulares obligari ad detinendum quemquam in suis locis

seu per modum carceris, seu per modum  
custodiam, ut pro Cassin. sancivit Eug. IV.  
B. que incipit: *Et si ex debito cit. Leon. X. B.*  
*Dom. Jur. & Paul. III. B. Benignitas Sedis.*

S. IV.

De sumptione Regularium, quantum  
ad suas Personas.

SUMMARIUM.

- 1. Regulares quo ad suas Personas, habent plenissimam exemptionem.
- 2. In his in quibus Trident. derogat exemptioni, non possunt puniri ab Episcopis.
- 3. Neque ab eis ligari ullis censuris.
- 4. Neque etiam Apostolicis, nisi servatis certis conditionibus & 5.
- 5. Regulares non possunt trahi ad obsequium cuiusque persone.
- 6. Neque cogi ad acceptandum ullum officium extra Ordinem.
- 7. Falsis si à Principe asseratur.
- 8. Multi sine oblata acceptarunt.
- 9. Et hoc ex privilegio competit Principibus.
- 10. Regulares non possunt obligari ad recipienda Brevia Apostolica.
- 11. Regulares non possunt obligari ad interessendum aliquam Convencui Synodo vel Processioni & 12.

Ultima Pars exemptionis Regularium respicit ipsorum personas, quas benignitas Sedis Apostolicæ exemtit ut in initio capitis notavi, à jurisdictione inquit Legatorum, Nuntiorum, quorumque Sedis Apostolicæ Officialium, Episcoporum, & quorumcunque judicum; adeo ut non teneantur, vocati in jus, contra ipsos respondere, seu ratione rei, seu contractus, seu delicti. Et ita derogando cap. *videntes de privil. in 6. pro Cassin. Sanxere Eugen. IV. Leo. X. & Paul. III. Pro Camald. Clem. VII. & Paul. III. Pro Minoribus Clem. IV. & Bened. II. Pro Dominicis Martin. V. Pro Carmel. Paul. V. Pro Minimis Sixt. IV.*

Unde si aliquis Regularis deliquerit etiam in his, in quibus Tridentinum derogando privilegii, subiicit Regulares Episcopis, non potest tamen puniri ab Episcopo, seu tanquam Ordinario, seu tanquam Sedis Apostolicæ delegato, sed ille solum potest agere apud Superiorem Rei, ut illum puniat. ita Chassaing. *tr. 1. c. 4. prop. 7. ex doctrina Lapi & Cardin in cap. Archiep. de privil.* Et ita celsus ac declaravit S. Cardin. Congreg. interpret. Trid. *sess. 5. cap. 21. primò pro omnibus Regularibus.* Ac deinde in specie pro Monachis sacri Monasterii S. Trinitatis Cavæ, & non posse Episcopum contra quemquam illorum, intra, vel extra Monasterium delinquentem procedere, virtute *cap. 3. sess. 6. in Trident. & cap. 14. sess. 25. de Regul.* Sed tantum posse formare processum transmittendum ad Abbatem & S. Congregationem Bullar. Margar. *constit. 289.* Quod ego sic intelligo, ut processus primò Abbati tradatur, tanquam immediato iudici, in defectu verò ommissa justitiæ, ad S. Congregationem transmittatur. Et Ratio est, quia non possunt Episcopi prætendere majorem jurisdictionem virtute decretorum Tridentini, quam habeant ipsi Legati, à quibus cum Regulares sint exempti, etiam erunt exempti ab Episcopis (ut delegatis) & ita ego colligo tum ex declaratione supra memorata, tum ex alia anteriori emanata An. 1587. ab eadem S. Cardin. Congregat. in qua decernitur, non posse Episcopum excommunicare Regulares, accedentes sine sua licentia ad Moniales (si illi habent privilegium, ne ab Episcopis possint excommunicari) sed à suis Prælati alia pœna puniendas; cum autem Episcopi non procedant contra Regulares in hoc casu, nisi tanquam delegati, patet quòd si Regularium privilegia, & exemptio impediunt, ne Episcopus eos possit excommunicare,

S  
nicare,

PRIVILEGIA  
REGULARIUM  
ET  
IMMUNITATUM  
IN REGISTRO  
CELLARUM  
POSTOLICARUM  
ANNO 1587

nicare, ita & ne alio modo contra ipsos procedat, etiam tanquam delegatus, & exemptionem obfistere semper Tridentino.

3 Item non possunt Episcopi locorum Ordinarii, Nuntii, Legati, seu quivis alii iudices, ferre censuras in Regulares sine speciali Sedis Apostolicae licentia: sin autem, sunt ipso facto nulla & irrita; ut habetur in mari magno Minorum, quod incipit: *Regimini* §. 44. Et rursus pro iisdem Minoribus constituit Clem. IV. & deinde confirmavit Sixt. IV. apud Sorb. v. *exemptio* num. 23. Pro Carmel. idem Sixt. apud eundem Sorb. *ibid.* Et pro Calsin. Eugen. IV. Leo X. & Paul. III. apud Margar. in *Bull. const.* 58. 59. 129. & 156. Imò nec sola licentia Sedis Apostolicae, ad hoc sufficit, sed requiritur, ut cum concessione huius licentiae, simul expressè & individuo derogetur Bullis Eugen. IV. Leon. X. & Pauli III. de quibus supra, nam illi Pontifices favore Calsinens. ita voluerunt, sin autem, concessio reputabitur data & obtrata ex subreptione. Quin etiam ad hoc ut Regulares aliqui ligentur censuris Pontificiis, requiritur insuper ut fiat expressa eorum mentio ex quadam constitutione Nicol. IV. quae habetur in caremionali, seu Pontificali Bibliotheca Vaticanae. Unde Patres Fulienses, & Societ. Jesu in compend. suorum privil. v. *excommunicatio* §. 3. dicunt, quòd censura Pontificia non ligaret Regulares, si Papa eam ferens, decerneret, sortituram effectum contra Regulares, perinde ac si essent nominati, quia ubi requiritur expressa, & explicita designatio, non sufficit implicita.

6 Item non possunt Regulares trahi extra suum Ordinem, ad obsequium cujuscunque persona, etiam Cardinalis, etiam cum litteris familiaritatis. Neque detineri in talibus obsequiis, sine Superiorum licentia. Et ita pro Alma Congreg. Calsinensi,

fancivit Eugen. IV. tribus constitutionibus, quae sunt in ejus Bullar. 59. 60. & 64.

Item non possunt cogi ad acceptandas quascunque commissiones à quacunque persona, saeculari vel Ecclesiastica, etiam cum litteris Apostolicis, nisi in eisdem derogetur Bullae Eugen. IV. quae incipit: *Regularem vitam*, pro Calsinensibus edita. Pro quo & praecedenti privilegio facit cap. *Sacerdotibus* cap. *sed nec cap. Clericus. nec Cler. vel mon. cap. generaliter* 16. qu. 1. & 1. placet C. *de ep. & Cler.* (a) Quin etiam nonnulli disputant non modò, an possint Regulares cogi ad aliquam commissionem, seu officium extra suum Ordinem, acceptandum (affirmant enim omnes quòd non) sed etiam oblatu liceat acceptare & exercere, quae iura allegata, & alia familia videntur pugnant. (b) Usus tamen obtinuit, ut acceptetur quando defertur à Principe. Ita olim Abbas Calsin. fuit creatus Vice Imperator (ut plenius suo loco dixerunt Et Suggest. Ac Matthaeus Vindocin. Abbat. S. Dionysii in Francia Rege Regibus abscedere, fuere praefecti illius Receptorum Ille à Ludovico VIII. què vocant Juniores ut notat Carol. Robert. in *Gall. Christ.* lib. 7. *hist. Franc.* Multa quae alia exempla huiusmodi suppetunt, apud alios populos, & huiusmodi, in diversis Regnis & saeculis. Quae ex privilegio concessu Regibus affirmantur Selva in *tr. de benef.* p. 4. *qu. 6.* Bobadilla alii, qui tamen non indicant à quo Pontifice id sit concessum, aut cui. Imò & (a) Concil. Calce. can. 4. *Constitut.* 4. can. 27. (b) Vide can. 57. Concil. Meldensis *relectio* apud Baron. to. 12. Anno 1176. p. 697. Illud nonnulli apud Barones, plus damna in Regibus invectum Sacerdotis consilio res agunt, quae pendens aliquis ex saeculi nobilitate rebus geritur. Ille enim nescio qua ambitione in saeculum sibi vendicat hic populi misertus & communitatis detrimentum suum esse ratus Reipubl. bene ut patet in *Guaguin. lib. 9. hist. Franc.*

Cleri-





ligare sub præcepto hæc sola & sequentia Festa. Nempe diem Dominicam per totum Annum. Deinde ex Festis Domini, ejus Nativit. Circumcis. Epiphaniæ, Resurrectionis cum duobus sequentibus diebus Ascensionis, Pentecostes cum duobus sequentibus diebus. SS. Trinitatis, & Corporis Christi. Ex Festis S. Crucis, ejus Inventionis. Ex Festis B. V. Mariæ, Nativit. Annuntiat. Purif. & Assumpt. Ex Festis Angelorum. Dedicacionis S. Michaëlis. Ex Festis S. Joann. Baptista. Nativitatis. Ex Festis Apostolorum, Petri & Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thomæ, alterius Jacobi & Philippi, Bartholomæi, Matthei Simonis & Judæ, & Matthiæ. Ex Festis SS. Martyrum, SS. Innocentium, Stephani, & Laurentii. Ex Festis SS. Confessorum S. Josephi Sponsi B. V. M. & Sylvestri Papæ. Ex Festis SS. Faminarum S. Annæ Matris B. V. Mariæ. Ac demum Festum Omnium Sanctorum. Præter hæc permittitur cuilibet Regno vel Provincia, sibi deligere aliquem Patronum, ejus Festum obligabit similiter sub Præcepto, civitatibus verò Pagis, & Opidis, in quibus ex consuetudine solitus est aliquis Patronus venerari, permittitur in ejus Religione continuare. Et extra hæc, quæcunque alia Festa, & quomodocunque in antea introducta, tolluntur & cessant obligare per eandem Bullam.

6 Sed & quantum ad illa eadem Festa & alia, apposta in Calendario (licet sine Præcepto) S. Congreg. die 29. Nov. An. 1620. declaravit, ea quæ sunt certa diei affixa in eodem Calendario, non posse alteri diei attribui ab ullo Prælato seu seculari, seu regulari. Item die 7. Apr. An. 1628. Eadem S. Congreg. declaravit, non posse addi in Calendario (etiam proprio) nomen ullius beati, nisi eorum qui sunt in Calend. Breviarii Romani. Item eodem

Anno die 28. Octobr. declaravit eadem S. Congreg. illicitum, elevare Festa Calendarii, hoc est v. g. facere ut semiduplex celebretur sub ritu duplicis, Barbol. collect. Bull. v. Episcopus 13. v. festum & v. officium div. 1.

## CAPUT X.

Circa habitum.

## SUMMARIUM.

- 1 Osculantes habitum alicujus Religiosi, accipiunt indulgentiam.
- 2 Item morientes, & sepulti in habitu alicujus Religionis.
- 3 Hæretici improbant habitum in Religiosis.
- 4 Quæ tamen Deus per miracula nõ raro præstat.
- 5 Romani dabant certam genus vestimentorum in civem recipiant.
- 6 Religiosus debet semper portare habitum.
- 7 Totum 8. Et appareat.
- 9 Excusatur in quibusdam casibus.
- 10 Non tamen si mutar, ob causam turpẽ, aut
- 11 Laici deridentes habitum Religiosum, debent puniri.
- 12 Item & qui illo utuntur in scenis aut ludis.
- 13 Color niger proprius habitus Monachorum.
- 14 Et estimationem accepit à Benedictinũ.

Joann. XXIII. concessit V. Annos indulgent. & totidẽ quadragen. de injunctis penitentis, omnibus qui osculati fuerint habitum alicujus Dominicani. Calisto v. indulg. quoad secul. 6.

Urb. V. Clem. & Nicol. IV. concesserunt remissionẽ tertiæ partis peccatorum, qui moriuntur, & sepeliuntur in habitu minorum Leo X. indulg. plen. qui & declaravit, sufficere si infirmus teneat super dictum habitum, quando moritur, Roder. Bull. in orac. dicti Leon. Et sunt hæc privilegia virtute communicationis, omnibus Ordinibus cõmunia. Ubi nota primò, quod sicut hæretici toto semper annu in festis Ordines religiosos ita & non parum eis improbant habitum: sed sanè ex nõ minori nequitia, quã imperitia. Nam si certum

in statu civili, videmus personas certa  
 conditionis distingui habitu ab aliis, cur  
 non & Religiosi distinguantur? Etiam Ro-  
 mani, quando aliquem in Civem recipie-  
 bant, adonabant eum Penulã (quæ est ve-  
 stimentum quoddam genus) ut notat Gloss.  
 4. cap. *in d. auctorium d. 10.* Quod igitur mirũ,  
 si hoc qui venit ad cõversionem, etiam  
 Penulã (hoc est habitu Religionis) donec  
 hoc institutum nõ raro probavit  
 5. Deus, patris per habitum religiosum  
 illustribus miraculis, quorum aliqua vi-  
 den possunt in *Chron. Cassin lib. 3. c. 39.* Petr.  
 Dac. *lib. de mirac. s. Bened. Yez. cent. 1. ad*  
*ca. 141.* Et *Chron. singulor. ordin.* Sed remit-  
 to me pro hoc puncto ad eos, qui tra-  
 ctant controversias ex professo.  
 Nota secundò, quòd Religiosus debet  
 semper portare habitum, & sic ut nunquã  
 sine illo. *cap. sanctimonialis. d. 23. & c.*  
*monachos 27. qu. 1.* Imò neq; in lecto, *cap. vi-*  
*da. 2. q. 1.* Neq; tempore infirmitatis, ut  
 vult Gloss. *cap. cit. sanctimonialis.* Verũ ego  
 obitor, illos Canones intendere tantũ  
 docere, quid sit perfectionis, non autem  
 quid obligatoris. Unde (seclulis priva-  
 tis cuiusq; Ord. constitutionibus, ut Ca-  
 malãl. Benedictinorum Reformat. Ca-  
 pucinorum, & ejusmodi) communiter  
 exaltatur Religiosus, stans sine suo ha-  
 bitu intra privatos lares, v. g. in musæo,  
 homo &c. *cap. sine ornatu. 2. r. q. 4.* Bened.  
 Capra. *elem. quoniam. de vit. & bon. cler. An-*  
*g. r. ex com. 7. casu. 27.* Sylv. *cod. v. 9. m. 54.*  
 Archidia. Joan. Andr. Paul. Guilel. Pa-  
 lutan. & Alii. Ad quod facit, quòd in Ju-  
 re nihil invenitur præcisè statutum con-  
 tra Religiosum, qui habitum exiit, sed  
 juris, quæ de hac materia tractant, lo-  
 quuntur de illo, qui sic exiit, ut illud mu-  
 tet, & in locum illius profanum assumat,  
 quod hic non contingit.  
 7. Debet inquam, Religiosus semper por-

tere suum habitum, totum & integrum,  
 secundum nonnullos. Unde Graphius 1.  
*par. decis. l. 3. c. 5.* putat, in conscientia nõ  
 tutum Monachum, qui Scapulare portat  
 sine Caputio, quia (inquit) est de illius ef-  
 sentia, Verũ praxis communis ostendit,  
 Graphium fuisse hæc in parte paulò  
 scrupulosiorem; quia cum solo Scapulari  
 sufficienter agnoscitur Monachus, & sic  
 habetur finis legis; & ita tenet Suar. 10. 5.  
 in 3. p. d. 23. sect. 4. Et post ipsum Haphten.  
 lib. 5. r. 8. disquis. 2. Debet item Religiosus  
 portare suum habitum apparenter, quia  
 habitus est signum Status religiosi, non  
 signat autem, neq; demonstrat, si non ap-  
 pareat. *cap. si qua. d. 2. de consec.* Unde collig-  
 gas, non excusari eum, qui portat quidẽ,  
 sed occultè, aut cum tali fuce, ut non ag-  
 noscatur v. g. si utitur Scapulari pro zo-  
 na, vel Baltheo. Afor. lib. 12. inst. cap. 17. qu.  
 13. Glossa. Capra. Zenselm. Butr. & Lau-  
 dun. in *elem. quoniam. de vit. & bon. cler.*  
 Quòd si aliquis temerè dimittit habi-  
 tum, est ipso facto excommunicatus per  
 cap. *ut periculosa ne cler. vel mon.* Lapis ta-  
 men alleg. Angel. v. *religio. nu. 36.* Panorm.  
 Gemin. Joan. Andr. Rosel. & Alii excu-  
 sant eum, qui indueret habitum alterius  
 Religionis, quàm suæ: quia tunc non de-  
 finit cognosci, ut Religiosus, quamvis  
 non qualis est. Verũ potest ex alio ca-  
 pite agi contra ipsum. Tum quia facit in-  
 juriam Religioni, qui portat ejus habi-  
 tum, si non est de illa, ut docet Zensel. in  
*extravag. Ioan. 22. sacrosancta.* Et Repert.  
 Inquisitor. v. *habitus.* Tum quia diversis  
 constitutionibus Summorum Pontificũ  
 cavetur, ne una Religio assumat habitum  
 alterius, aut ita cõsimilem, ut fratres hu-  
 jus, putentur esse illius, ut refert Portel. v.  
*habitus & Roderic. to. 2. q. 76. ar. 1.* Quod  
 autem in communi pro Ordinibus, hoc  
 in particulari pro privatis Religiosis  
 de-

REGIA  
 GLARIVNA  
 ET  
 MMENTARIUM  
 N REGYLAS  
 NOELLARIS  
 OSTOUCER  
 P. M. E. R. A. T. I. O. N. I. S.

debemus intelligere esse statutum.

- 10 Addit Escob. in Theol. 24. Jesuitar. pag. mihi 704. (allegato ad hoc Diana) excusari item eum, qui mutat suum habitum Regular. ex causa pudenda v. g. ut incognitus eat ad lupanar quia (inquit)posito quòd sit ad hoc determinatus, melius est, ut habitum mutet ne infametur Religio. Sed ego puto, hanc opinionem adhuc non innotuisse Romæ, & non evasuram aliquando censuram, quam meretur, cum sit hic ipse casus canonis, & omnes circumstantiæ ad ejus pœnam patentissimè in eo reperiantur, nempe temeritas, publicitas, profani assumptio, &c. Neque excusatur quis ex eo quòd non cognoscatur, vel Religio inde non infametur. Quia non desinit facere, tum cõtra voluntatem canonis (quæ est ut habitum portet, & non mutet temerè) tum contra ejus finem qui est (non præcisè ut impediatur infamatio Religionis) sed ut ipse avertatur ab his quæ sunt contraria sua professioni, ut quem Dei timor non movet, ipse saltem pudor humanus, ab ejusmodi nefandis deterreat.

Et idem ego dico, & incidere in pœnam canonis eum, qui habitum mutat ex qualibet alia causa irrationabili, v. g. ut incognitus videat, vel agat choream, comediam, mæscaredam, & alia ejusmodi, aut mala, aut vana, & à Statu religioso aliena; semper enim verum est, in talibus eum agere contra voluntatem, & finem canonis, ita Cajet. Armill. & Medic. v. *lavarum usus*. Angel. & Sylv. v. *ludus*. Et Vivald. in *supplem. cand. cap. 14. num. 50.*

- 11 Laicus verò qui deriserit Religiosos in suis vestibus, jubetur puniri per Epitimum. *cap. omnis. 21. quest. 4.* Et qui illis ignominiosè usus fuerit in scenis, & ludis profanis, exilio multari, & aliis pœnis, de quib. in *cap. fin. auth. de sanctis Episc.*

Porro in hac materia, de habitu religioso. Quòd color ejus niger sit proprius Monachorum: & jam ab antiquo ab illis usurpatus, discimus ex *cap. quod Deo. 33. qu. 5.* (quod est desumptum ex epistola August. ad Editiam.) Nempè lignum pœnitentiæ, & luctus, cui se illi addicunt. *cap. monachus. 16. qu. 1.* De quo placet hic pro coronide capitis, subijcere dignam memoria observationem, quam facit Baron. *10. 4. An. ad an. 393.* Scilicet. quòd cum juxta antiquum illud Monachorum institutum, S. Benedictus hunc eundem colorem nigrum sumpsit, & Ordine ejus jam per unicum Orbem diffuso. Monachi illius simi assumerentur ad Sedes Episcoporum ob singularem primorum illorum temporum Sanctimoniam: successivè tandem evenit, ut longâ annorum serie Benedictini Episcopi, numero, longè superarent alios. Et quia illi juxta sacrum Canonum præscriptum, retinebant colorem nigrum sui Ordinis, Alii in Synodis, & quibusvis consensibus nò modò pauciores se semper videbant sed etiam in coloris vestium diversitate, assumere pro conformitate eundem colorem nigrum: ac deinde Religiosa quadam æmulatione cõpere eundem uti viri laici graviores, præcipue Jurisconsulti, & qui Juridicundo præfunt: ac tandem indifferenter omnes majorem morum compolitionem præferunt, eodem nunc utuntur. Sicque color niger qui (velut mæroris & luctus signum) horrore & despectui antea est hominibus, accepit per Ordinem Sancti Benedicti & ejus Monachos, æstimationem, & per eòdem invenit sibi locum tribunalibus, & Sedibus Pontificiis.

CAPUT XI.

De hereditatibus, & successione.

SUMMARIUM.

- 1 Monachi possunt succedere suis agnatis, ac si non sint Monachi.
- 2 Et hoc in quibusvis bonis s. & seq.
- 3 Nec potius eis competit natura, jure, & privilegio. 4. & 14.
- 4 Eisdem ius competit quibusdam aliis Regularibus.
- 5 Et quibusdam negatur.
- 6 Ius succedendi sicut limitatum Regulæ, in quibusdam locis.
- 7 In aliis penitus ablatum. Eorum consensu potius quam legibus. 19.
- 8 Leges excludentes Regulares à successione, in iustis. Corruptæ ab Eugenio IV. 15.
- 9 Consanguinei Regularium, vendicantes sibi eorum successiones, non sunt tuti in conscientia.
- 10 Regulares possunt uti contra eos occulta commendatione aut fisco Regis 17.
- 11 Probabilis tamen contraria opinio.
- 12 Principi incumbit conservare bona avita in familiis.
- 13 Leges excludentes Regulares à successione, non comprehendunt Regularem factum Episcopo.
- 14 Regularis Episcopus, acquirit dominium suorum proventuum.
- 15 Ius recuperare bona patrimonialia, & removere remunerationem eorum, si quam fecerint.
- 16 Innocent. II. fecit potestatem Abbati & Monachis sacri Monasterii SS. Trinitatis Cavae Congreg. Cassin. succedendi suis agnatis in omnibus bonis, perinde ac si in saeculo mansissent, exceptis feudis. B. quæ incipit: Meritis vestra devotiss.
- 17 Eugenius IV. ipsis universa Congreg. Cassin. Monachis, eandem licentiam de-

dit absque ulla bonorum exceptione, & non obstantibus quibuscumque statutis; cujuscumque personæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis communitatis, vel collegii cujuscumque gradus, vel Ordinis, B. etsi ex debito. & B. Regularem vitam. Et Barbof. in collect. bull. v. monachi. 3. Et idem Cisterciensibus concessit Innocent. IV. B. Ad hoc. sub dat. Cal. Aug. ann. 1459. Idem item Conventum Franciscanis Conventualibus à Sixto IV. refert Roder. to. 1. bull. 2. ejusd. Sixti, & Dominicanis à Clem. IV. Casarub. v. hereditas num. 1.

Nota autem primò, Summos Pontifices his suis constitutionibus, non tam privilegia concessisse, quam jus ipsum declarasse. Nam secluso omni privilegio Regulares habentes bona in cõmuni, sunt capaces succedendi suis agnatis, perinde, ac si in saeculo mansissent; quia ius succedendi fundatur in sinitate, & sanguine, qui per professionem nec amittitur ut nec ei in illa renunciatur. Quin etiam ex abundanti leges civiles, super hoc providentes, ita statuunt, ac decernunt, ut Religiosi succedant suis agnatis, uti videre est in Novel. non liceat. quæ est canonizata in q. 3. ca. 19. Et in l. Deo nobis. Codice de ep. & cler. § hoc etiam. Ubi Gloss. Bald. Burr. Barbof. & alii Legistæ communiter, ita tenent. Et in auth. si qua mulier eod. de sacros. cap. canonum de const. Guil. Bened. cap. Raynurius de testa. v. duas habens nu. 147. Et alii Canonistæ in cap. in presentia. de prob. Quos sequuntur Matthesil. not. 148. Navar. com. 2. de regul. Roder. to. 2. qq. reg. 78. Sanch. in op. mor. lib. 8. cap. 12. & 25. Lud. Molin. to. 1. de iust. tract. 2. d. 140. Layman. in Theol. moral. lib. 3. tract. 5. cap. 5. & Plures alii.

Et non solum simplici hereditati possunt Regulares succedere, sed etiam quibusvis bonis specialibus, ut Primogenius,

PRIVILEGIA  
REGULARIUM  
ET  
MONASTICARUM  
IN REGVLAS  
CELLARUM  
OSTENSIVE

- ex bonis paternis institutis, secundum Barbof. *auth. ingressi. de Sacros. Eccl. Roder. qu. 78. cit. art. 12. Sanch. lib. 7. in decal. to. 2. cap. 15. & alios apud ipsos. Majoratibus. ut docet Navarr. cap. non dicatis. 12. quest. 1. Caldar. de nominat. emphit. qu. 6. Barbof. & Molin. supra cit. Ac. Emphiteusi & feudis, quæ non habent servitium annexum, aut quod potest præstari per regularem, aut substitutam personam, ut volunt Abb. & Paris. in cap. cit. in presentia. Navarr. cap. cit. non dicatis. Barbof. *auth. cit. ingressi. Roder. to. 1. qq. reg. 38. art. 2. & 3. Molin. Caldar. & Alii.**
- 9 Nota secundò, quòd Regulares non habentes bona in communi, ut Franciscani de Observantia, & Capuccini, nò possunt uti supra dictis privilegiis & iuribus succedendi, non tantum quamdiu sunt & manent in suo Ordine, sed nec etiam, dum contingit eos transire ad Conventuales, vel alios Ordines nò Mendicantes, quia ut notat Tusch. v. *translatio concl. 367. semper in eis remanent reliquia prioris Professionis. Et ita Sixtus IV. & Alex. VI. expressè declarasse testantur. Roder. tom. 1. Bull. 2. & 3. ejusd. Sixti. & Casarub. v. hereditas. num. 5.*
- 10 Nota tertio, quòd quantum ad alios Regulares: privilegia, & leges illa dantes eis facultatem succedendi suis agnatis, modificantur in quibusdam Provinciis per municipales, ut in Comitatu Burgund. Nam permittuntur ibi Regulares succedere in mobilibus, quantum verò ad immobilia, iis frui durante sua vita naturali, sic ut post mortem ad alios consanguineos transeant. Ut videre est *lib. 6. ordinat. tit. 24. In quibusdam autem penitus rejiciuntur, ut in Gallia, ubi jus omne succedendi negatur quibusvis Regularibus, ut testantur Mansuer. in rubric. de success. §. item de consuetudine, Rebuff. in proem.*
- const. reg. in gloss. num. 21. & 24. Cassan. in consuet. burg. rubric. 3. §. 5. v. excepte de religieus. Et Cuil. Bened. in repet. cap. Ragnarius de testam. v. & uxorem. decis. 1. num. 221. & seq. Ad quod videntur facere, quòd ubi de acquisit. privil. per viam religionis, quia sicut Ecclesia prohibet alienare, sic videtur posse principem temporalem illam prohibere acquirere.*
- Sed hanc comparisonem convellunt fallentia ibi addita. Et non pauci Doctores expressè illam non admittunt, quin potius affirmant injuriam esse & ipso iure nullas leges illas, quæ excludunt Regulares, à succedendo in agnatis, cum sint lata contra personam Ecclesiasticam, Religionem, & bonos mores, ita Niconit. in rubr. de testa. n. 43. *Et ret. cap. in presentia. de probat. num. 91. Abb. cap. quod clericis. de for. compet. Et cap. Etia. §. sancta. de const. Felin. eod. Crot. cap. animarum. eod. in 6. §. statuto. Jason. l. questione. C. de pact. Barbof. l. Deo nobis. de ep. & cler. Imol. l. stipulatio. ff. de verbor. sig. Alex. eod. & lib. 2. cons. 139. Matthie. notab. 148. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tr. 5. cap. 5. Navarr. com. 2. de regul. Sanc. in opere mor. lib. 7. cap. 12. & 25. Et alii pud ipsos. Unde Angel. v. religiosus. affirmat consanguineos Regulares immotiores non posse retinere eorum successiones, nec se tueri in conscientia, si auctoritate talium legum (cum sint injusta) seu præscriptione, cum ea locum non habeat in rebus invasivis & futuris facit.*
- Primò, quia jus succedendi fundatum in sinitate quæ per Religionis statum tollitur, ut agnoscit Benedict. supra cit. v. *duas habens filias. num. 143. & communiter omnes docent, sicut autem non possunt leges impedire sinitatem, sic neque quod naturaliter ex illa sequitur, quæ est successio, facit.*

Secundo quia Eugen. IV. sua utraque  
 combinatione pro Cassinens. dat eis facul-  
 tatem succedendi suis, non obstantibus qui-  
 busvis statutis contrariis cujuscvis persona, Ec-  
 clesiastica, vel secularis, cumscunque ordinis  
 vel conditionis. Et sic videtur Pontifex cor-  
 rexisset, & abrogasse (saltem pro dictis  
 Cassinensibus) leges quascunque, eos  
 excludentes à successione suorum. Hoc  
 vero posse Papam, probari potest indu-  
 ctione diversarum legum, in diversis aliis  
 materis, tam Imperatorum, quam alio-  
 rum Principum, quas scimus fuisse à Ro-  
 manis Pontificibus irritatas. Unde in  
 contingencia casus, posset esse locus  
 compensationi occulta; seu contra con-  
 sanguineos remotiores occupantes suc-  
 cessionem, debitam alicui Regulari, seu  
 contra filium Principis aut Magistratus  
 temporalis, qui suis legibus illum repe-  
 lit ab ea adevunda.

Et ita quidem est, stando in puncto ju-  
 ris, sed si ad æquitatem naturalem atten-  
 damus leges prædictæ tolerandæ vide-  
 buntur. Nam curæ Principis incumbit,  
 conservatio familiarum, & bonorum a-  
 vitorum in ipsis, nunc autem cum ex una  
 parte varii Ordines regulares in Eccle-  
 sia surrexerint, Monasteriorumque &  
 Regularium numerus, in infinitum pro-  
 ceverit, ex altera verò, non liceat  
 bona semel acquisita alienare, certè  
 evidens est, non paucas familias fore de-  
 paperandas, ruituras & extinguendas, si  
 ad successiones agnatorum admitteren-  
 tur Regulares, exclusis aliis consangui-  
 nis, atque ideo potuere Principes tem-  
 porales suis legibus providere, & reme-  
 dium adhibere, facit cum maximè, quod  
 ut bene notat Guilel. Bened. v. 111. & ux-  
 orum, num. 227. & seq. potius ex consuetudi-  
 ne, quam legibus excluduntur Regula-  
 res à successione suorum. In initio enim,

cum Ordines fundabantur: Religiosi qui  
 ligiosi soli perfectioni studebant, sic pa-  
 rentes & mundum relinquebant, ut ejus-  
 modi successiones non pererent, & vo-  
 luntarjè ab his petendis abstinebant: unde  
 paulatim consuetudo introducta est,  
 eos ab his excludendi, aut potius eos de-  
 ferendi ad alios consanguineos, manen-  
 tes in sæculo, & sic non debent malè ha-  
 bere, si nunc per leges modernas cogantur  
 stare consuetudini antiquæ, & suo  
 consensu, suaque voluntate contra ipsos  
 præscriptæ. Utraque opinio sua proba-  
 bilitate non caret.

Verùm quoad Regularem ad Episco-  
 patum assumptum, minor est difficultas  
 in hoc negotio. Nam quamvis admittan-  
 tur leges excludentes Regulares à suc-  
 cessione suorum, illæ tamen tanquam  
 odiosæ debent restringi, & intelligi de  
 Regularibus simplicibus, non de Regu-  
 laribus Episcopis, facit, quia illi nõ sunt  
 amplius Regulares, utpote à jugo regu-  
 lari absoluti, & à sua Religione assumpti.  
 cap. statutum. 18. qu. 1. Unde Aufon. in sum. 22  
 v. Cardinales. nu. 54. ait Monachum factum  
 Episcopum, acquirere dominium pro-  
 ventuum suæ Ecclesiæ eo modo ac alii  
 qui nunquam fuere Monachi, quidquid  
 in contrarium dicat Suar. to. 4. de Rel. lib. 23  
 3. cap. 19. Addit idem Aufon. in v. Episcopus  
 religiosus. (allegato ad hoc Leone) Regu-  
 larem factum Episcopum, recuperare bo-  
 na patrimonialia, & posse revocare re-  
 nuntiationem illorum, aut legitimæ,  
 quam existens in Monasterio fecerat. Su-  
 per quo anno 1631. die 11. Januar. emanavit  
 declaratio à S. Cardin. Congregatione,  
 cujus inter alios meminit Barbof. in  
 collect. bull. v. Regulares & v. Religio. Quòd  
 si hoc ei permittitur, à fortiori certè  
 adire hereditatem relictam sibi ab inte-  
 staro.

T CA-

IN LEGIA  
 QVAVIVM  
 ET  
 NIMENTARIA  
 IN REGILAS  
 NCELLARLAS  
 OSTOUCER  
 YLLI EPISCOPUS  
 III  
 B

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares possunt disponere ea quae spectant ad officium divinum celebrandum.
- 2 Et disposita iterum mutare.
- 4 Huic privilegio non obstat decretum S. Congreg.
- 5 Monachi non possunt obligari ad alias preces quam in Regula exprimitur & 6.
- 7 Probabile ideo nō obligare omnes additias & 14.
- 8 Contrarium tamen tenendum.
- 6 Mater regula debet in omni dispositione esse intacta.
- 9 Hoc quomodo intelligendum.
- 10 Cum tempore aliquid potest fieri de substantia officii, quod prius non fuit.
- 12 Omnia quae officium componunt equaliter obligant.
- 13 In estimando peccato in omissione officii, habenda est ratio non ad qualitatem partium omissionis, sed ad quantitatem.
- 15 Monachi extra Monasterium possunt uti quovis Breviario.
- 16 An de presenti licitum & 25.
- 17 Monachi debent uti Breviario approbato 19. & 22.
- 21 Et si aliud habent possunt pro isto relinquere.
- 18 Breviario monastico eadem indulgentiae concessae, quae Romano.
- 13 Monachus qui non utitur Breviario Monastico, violat. 13. Capita suae Regulae.
- 24 Qui non habet Breviarium proprium, liber est ab Horis, & non tenetur ex alieno recitare.
- 25 Lectiones Matutini an licitum breviate & 26. & quo iure ibid.
- 26 Antiphonas omittere licitum secundum Caram.
- 27 Illicitum secundum authorem.
- 28 Regulares possunt mutare officium dicendo unum pro alio.
- 34 Etiam in Choro communi. Et hoc pro arbitrio Abbatis secundum Caram. Falsum tamen 35. 37.

- 30 De iure communi & secluso privilegio eadem officii mutatio secundum aliquos, licita secundum alios. Quid agendum est, hanc opinionem sequitur, & mutatis 31.
- 32 Illicitum relinquere Officium diei, pro Breviario.
- 36 Papa non potest tollere Monachis facultatem concessam per Regulam.
- 37 Regulares occupati, satisfaciunt obligationibus, dicendo certum psalmodium unum. De iure, & sine privilegio licitum.
- 38 An studentibus Philosophia.
- 39 Regulares professi ad Chorum, sed sacri initiati, non sunt obligati ad Horas, etiam sine privilegio 40. & 41.
- 42 Regularis occupatus, potest accipere à suo sessario, aut à se ipso dispensationem Breviarii, si negat Praelatus.
- 44 Infirmi fratres satisfaciunt obligationibus, si audiunt, dum ab aliis recitantur dicendo Psalmos sibi à Praelato, vel Confessoribus taxatos. Et qui dubitat an infirmitas sufficiens, debet stare iudicio Praelati, dicit de convalescentibus. 43. 45. 46.
- 47 Regularis qui omisit aliquid in officio, non tenetur repetere, sed satisfacit dicendo Psalmum, vel Orationem Dominicam, vel Angel. & 48.
- 49 Regularis, qui integrè aliqua non protulit, qui recitavit Horas cum distractione, non tenetur repetere.
- 49 Regularis potest Horas recitare sedendo, vel ambulando.
- 50 Regularis qui Choro inersuit, non tenetur repetere malè prolatam, vel auditam ab aliis.
- 51 Regularis potest solum mentaliter dicere, quae sub secreto dicuntur in Choro. Et pro totum ipsum Officium. An hoc licitum sine privilegio 52. 63.

Clemens VII. & Paulus III. Carthageniensibus. Martinus V. Eugenius IV. Alex. VI. & Leo X. Callinensisibus con-



cellit, ut Patres possint in Capitulo ordinare, ac declarare omnia, quæ spectant ad officium divinum celebrandum, per universam suam Cōgregationem. Et sic ordinata, constituta, vel declarata, iterum mutare, vel alterare, in toto, vel in parte, prout successivè rerum vel temporum qualitates exegerit. Bullar. Cassin. an. 49. 50. 53. 54. 110. & 129. Const. Camald. Bull. quæ incipit: *Rationi congruit.*

Item Leo X. concessit Minoribus, ut Capitulum generale possit declarare omnia dubia circa officium divinum. Ordinare, addere, & imminuere, & immutare, tam in Regulis, quàm in Calendario, quodquid è re visum fuerit. Et ut in Capitulo provinciali constituantur duo, vel tres fratres, qui pro provincia idem faciunt. Casar. v. officium divin. & Cass. tract. 4. cap. 4. prop. 5. ubi ait: Non obstare Bullam Pii V. præfixam Breviario.

Nota tamen, aliquos tenere prædicta privilegia esse abrogata, in consequentiam decreti S. Cardin. Congreg. quo anno 1628. die 28. Octobris † sancitum fuit, nullum officium novum posse inferi Breviario, nisi approbatum, ac eos non satisfacere suo officio, & obligationi, quæ talia recitant. Ita (licet dubitando) Notior in sum. v. Prælati regul. num. 22. Arcamen ego contrarium teneo, tum, quia prædictum decretum non habet vim legis, tum quia ad hoc, ut quis dicatur suo officio, & obligationi suæ satisfacere, ac recitare Officium approbatum, non est opus ut recitet approbatum à S. Congregatione præcisè, sed sufficit ut recitet approbatum ab alio, seu aliis, habentibus eandem potestatem, quàm ipsa à Papa, quod cōpetit Capitulis Regularium, per prædicta privilegia, quæ non cōprobantur ab ullo Pontifice revocata.

† Concil. Millevit. sub Innocent I. can. 12.

Martin. V. ad instantiam Joannis Regis Castellæ & Legionis, cōcessit Monachis Congreg. Vallisfol. per Bull. quæ incipit: *Religionis.* Ac deinde Eugen. IV. per oraculum ut non possint obligari ad Horas, Preces, Suffragia, Devotiones, aut Cærimonias alias extra has præcisè, quæ sunt in Regula S. Benedicti, non obstantibus ullis constitutionibus Apostolicis, vel consuetudinibus Ordinis, vel ullius Monaster. Bullar. Vallisfol. privi. 31. & 48.

Nota autem, quòd cum omnes dispositiones Pontificiæ, seu Sacr. Congregationis Regularibus editæ, sic semper debeant intelligi, ut matrem Regulam Ordinis, intactam relinquant, nisi expressè ei derogetur, ideo attento, quòd Regulares tenentur persolvere officium divinū, secundum quod eis præfinitur in sua Regula, nec etiam ad alias preces, aut suffragia possunt obligari, sed satisfaciunt suo debito, si suas Horas recitant prout in sua Regula determinantur. ita Caram. in suis comment. in Regul. S. Benedicti. Unde in consequentiam ait num. 1458. Monachum Benedictinum non peccare, qui non recitat Pater, Ave, & Credo in initio, & fine Horarum, quia de his non meminit Sanct. Benedict. in sua Regula. Item nec eum, qui in Laudibus aut Vesperis omittit Commemorationes, ob eandem rationem *ibid.* Item nec eum, qui in Prima relinquit pretiosa, tum ob eandem rationem, tum quia non est officium Chori, sed Capituli, *ibid.* num. 1365. Item nec eum qui in Officio semiduplici vel simplici omittit Preces ad Primam, vel ad Completorium dici solitas. *ibidem.* Ac demum nec eum, qui in fine Horarum relinquit Antiphonam Beat. Virginis Mariæ, *ibidem.* Vult enim Caram. ea sola esse de substantia officii, & consequenter obligare, quæ specificantur in Regula.

8 Verum nonnihil difficultatis ego patior in recipienda hac doctrina, quamvis enim fundamenta Caram. sint vera, nempe Regulam Ordinis semper manere intactam, & ad sensum illius exponendas esse quasque alias dispositiones. Et ea tantum in officio divino obligare (saltem sub mortali) quae sunt de ejus substantia, non puto tamen ex his posse rationabiliter inferri conclusiones caramuelisticas.

9 Nam primum fundamentum, quod Regula debeat semper manere intacta, & nihil in ea mutare liceat, intelligitur de illa mutatione per quam decoloraretur Ordo. Et substantia Religionis vel alicujus observantiae in Regula praecipua, mutaretur, alias autem si aliquid additur in augmentum, ad majorem decentiam, ad cautelam, ad se conformandum universali Ecclesiae, ad satisfaciendum desiderio Summi Pont. &c. quod neque supra, neque infra ipsam Regulam sit, sed secundum Regulam, & non dicetur Regula per hoc violari. Et ita patet ex praxi omnium Ordinum, in quibus identidem fiunt variae constitutiones variaeque Statuta, ad quae Religiosi obligantur, quod tamen non posset esse, si fundamentum Caramuelis sub eo rigore reciperetur, sub quo illud proponit. Igitur, quia haec quae Caramuel expungit ab obligatione officii, non sunt supra, nec infra Regulam Sancti Benedicti, sed secundum ipsam, ad majorem decentiam officii addita, ut Ecclesiae Romanae, omnium matri conformemur, & ex voluntate Sanctissimi, sine dubio obligabunt perinde ac alia.

10 Quantum vero ad aliud fundamentum de substantia officii divini, sicut potest ei aliquid addi, aut detrahi, pro voluntate Papae, ita potest fieri de ejus substantia hoc quod prius non fuit. Et sic quia in nova editione Breviarii Monastici, haec ad-

data sunt, quae Caram. expungit, ideo haec dicentur spectare ad substantiam officii, licet forte antea non spectaverint. Quae etiam cum an. 1608. die 6. Decemb. fuisset S. Congregationi propositum Breviarium novum Monasticum approbandum, iussit ut ei adderetur commemoratio Apostolorum, & sub hac conditione illud approbavit. Et sic Commemoratio est facta sunt de corpore officii, idem autem dico de aliis, quae rejiciuntur à Caram. Dico autem potius de corpore officii quam de substantia, quia cum non sit quoddam aggregatum ex Psalmis, Antiphonis, Collectis, Capitulis, &c. sed quidem ex his omnibus resultare unum compositum per accidens, quod verò potius potius quam Antiphona, Capitulum quam Collecta, &c. dicantur esse de substantia hujus compositi, non video fundamentum, sed puto aequaliter omnia contingere, & tunc committi peccatum, cum aliquid ex his omittitur, siue interim Psalmi omitti, siue Collecta, siue Commemoratio, & peccatum mensurandum esse ad quantitatem partis omissa. Quae tamen Commentarius Caram. fuit approbatus à Doctoribus, poterit haec approbatio promereri salvum conductum ejus opinionibus. Et secundum has intelligi privilegium de quo supra. Aut certe (quod ego consulo) secundum expositionem traditam.

Eugen. IV. concessit Cassin. Innocent. IV. & VIII. Minorib. ut dum sunt extra Monasterium, possint recitare Horas quocumque Breviario alio, à proprio Ordinis Bullar. Cassin. constitutum. Casar. v. itinerantes. Et v. officium.

Nota primò circa privilegium Eugenii, quòd in initio congregationis Cassin. seu S. Justinæ, non habebantur Breviaria impressa, neque uniformia, sed manus-

ita, & diversa in pluribus Monasteriis, unde cum contingat aliquem Monasterium suam Congreg. cogebatur iterumque mutare Breviarium, ut se conformaret tribus, ad quos diverterat, & super hoc ad tollendos scrupulos emanavit privilegium Eugenii. Nunc verò cum habeatur Breviarium impressum, & uniforme in omnibus Monasteriis, cessare debet privilegium.

17. Adverte, secundò, (a) quòd Sac. Rituum Congreg. Anno 1616. die 24. Jan. censuit, ac declaravit omnes militantes sub Regula S. Benedicti posse, & debere in Breviario Monastico de mandato Pauli V. edito, non obstante, quòd aliqui in praxi utuntur uti sint Romano, vel alio. Et idem Pontifex pro illo concessit easdem indulgentias, & gratias, quas pro Romano, & illo utentibus Pius V. antea concesserat. Ubi rursum. (b)

Adverte, quòd hoc decretum potest comparari, & referri, vel ad communitates ipsius Monasteriorum, vel ad personas particulares eorundem. Et quidem primo modo ego puto obligare, & in omnibus Monasteriis S. Benedicti recipiendum esse. Et ita ego colligo ex illa particula de-  
bere. Nam licet interdum non habeat vim præcepti, sed ostendat tantum, id quod honestatis, hoc tamen est speciale, & frequentius necessitatem, & obligationem indicat, ut notat Gloss. in Clem. arre-  
dentes de stat. mon. Quod est indubitatum quando apponitur in aliqua dispositione, cum per alia jura anteriora obligante utitur. Nam quòd Monachi teneantur secundum Breviarium Monasticum officia sua

21. capite, evidenter statuitur in cap. de his & placuit. 12. Nec obstat, quòd in prædicto (a) Concil. Aquif. in add. capitul. Luc. Pii cap. 3. (b) Angel. v. num. 12. Afor. tom. 1. inf. li. 10. cap. 11. Valens. d. 6. de orat. q. 2. p. 10. circa 3.

decreto invenitur particula posse, qua de se non habet vim præcepti. Nam ibi ponitur, non ad demonstrandum usum liberum prædicti Breviarii in nostris Monasteriis, sed ad denotandam facultatem relinquendi in iis Breviarium Romanum, seu quodcumque aliud favore hujus novi Monastici, cum derogatione Bullæ Pii V. qua prohibet, intermittere Breviarium Romanum in Ecclesiis in quibus semel receptum fuit. Et hanc veritatem, & obligationem tenendi Breviarii Monastici in nostro Ordine, bene intellexit bona memoria Venerab. Margareta Arbouzia Abbatissa, & fundatrix Monasterii Vallis gratiæ apud Parisios (c) cui cum proponeretur aliquando Breviarium Romanum pro Monastico inducendum in suum Monasterium, sapienter admodum respondit. Absit ut ego tantam plagam inferam Regula S. P. N. Benedicti, & simul uno actu tredecim ejus capita violenter. Nimirum quia S. Benedicti. in tot capitibus ejusdem suæ Regulae occupatur in disponendo officio Divino à nobis resolvendo.

Quòd si secundò referamus decretum superius ad personas particulares (idem autem dicitur, de Bulla præfixa à Breviario Romano) Garcias in tract. de benef. p. 3. cap. 1. nu. 179. putavit, nec eas posse uti supramemorato privilegio seu Eugen. seu utriusque Innocentii, sed illud tolli & abrogari per prædictam Bullam, quia in illa jubentur omnes obligati ad horas, eas recitare ex Breviario Romano, si non habent aliud proprium approbatum, sublati quibusvis privilegiis in contrarium. Attamen ego in contrariam mentem eo, & puto, locum esse adhuc privilegio. Illam verò revocationem, in qua se fundat Garcias, ego intelligo de privilegiis qua per-  
(c) Ferrag. in ejus vita impressa Parisiis.

mitte-

mittebant communitatibus, mutare vel variare Breviarium, non de isto, quod respicit personas privatas, & pro aliquo casu. Nec obstat, quod personæ privatae teneantur se conformare suæ Ecclesiæ seu communitati in persolvendis officiis Divinis, juxta *cap. de his d. 12. & cap. institutio d. 2. de cons.* Nam hæc dispositio intelligitur rationabiliter, quod debeant se conformare communiter, & ordinariè salvo aliquo casu concessio per privilegium, aut in quo contrarium suadet ratio, & ita tenent, & privilegium supramemoratum adhuc valere docent Rodriq. in *sum. tom. 1. cap. 141* Et Vega 1. p. *cap. 128. casu 25.* Quorum opinionem probabilem putat Petr. de Ledesm. in *sum. par. 3. tract. 9. c. 4.* Quin etiam secluso omni privilegio, ex honesta causa, licitum, dicit Fum. in *armil. v. hora canon. nu. 7.* & Valent. d. 6. *de orat. quest. 2. par. 10. circa. 3.* Quibus adde, quod in opinione Garcia, is qui caret proprio suæ Religionis, vel Diocesis Breviario, liber est ab horis recitandis ( etiamsi aliud ei offeratur, ) quia secundum hanc opinionem non potest satisfacere, nisi recitet ex proprio.

25 Eugen. IV. concessit Cassin. ut in recitatione horarum possint breviate lectiones, B. quæ incipit: *Sacræ Religionis. 76.* in Bullar. Margar. Verba constitutionis sic habent: *Non intendentes, propter hoc obviare, quin pro loco, pro tempore, pro aliqua subsistente causa, dictæ Congregationis personæ, lectiones breviate aut elongare, seu extra Convenum, quocunque Breviario, non omisis officii substantialibus uti valeant.*

Nota, quod Caramuel in *com. ad Regul. s. Benedicti* dicit secluso omni privilegio, posse Abbates Ordinis ( etiam in officio publico Chori ) breviate lectiones jure Regulæ in *cap. 11.* Unde ille *nu. 1372.* infert posse quemlibet privatim orantem bre-

viare similiter & decurtare lectiones, jure Regulæ, ac secluso privilegio, tum quia ( inquit ) Regula hoc permittit pro officio publico, ergo à fortiori pro privato, tum quia eadem Regula relinquit hanc facultatem Abbati, qui autè privatim oras, est suus Abbas illo tempore, & quoad hoc, Addit Caram *ibid.* eum qui similiter privatim horas exolvit posse amandare Antiphonas ad granarium Papæ, quia ( inquit ) Regula permittit parvæ communitates omittere, à fortiori ergo privatim recitanti. Verum, ut in non paucis aliis, sic & in his duobus punctis ego puto, Caramuelem non fuisse assecutum mentem S. Benedicti. & ejus Regulæ. Nam quod ad lectiones attinet, & earum breviationem S. Benedict. *i. in cap. 9* ejusdem suæ Regulæ jubet, ut legat quis ex codice postmodulatos sex Psalmos & ut legenti signum ad cessandum faciat Abbas, quando visu fuerit. Deinde in *cap. 11.* dicit, aliqui esse breviantum ex lectionibus, quando contingit fratres tardiùs, quàm debeant surgere, sic tamen ut is per cujus culpam id accidit publicè satisfaciatur. Quis autem dicat ex hoc utroque loco nasci cuique potestatem decurtandi lectiones; *Distinque tempora, & cõcordabunt scriptura.* ait Gregorius. Idem autem dico de Regula S. Benedicti distinguenda esse tempora, ad ejus mentem intelligendam. Nam ejus temporum cum lectiones nõ essent determinata, nec esse erat, ut qui Choro præsidebat, signum legenti ad cessandum faceret, sed nunc cum habeamus mandata Summi Pontificis Breviarium ordinatum, & lectiones præfixas ac determinatas, nihil habemus ad decurtandum, hoc maxime attentò, quod jam ex se sunt ita breves & tam rationabiliter excerptæ ex libris orthodoxis, ut qui aliquid ab eis demere voluerit, rursus sensum aliquem habiturus sit. Quod verò





vid. se in praxi vidisse alicubi ita factum circa Lectiones Matutini. Addit *ibidem* nec Papam posse hanc potestatem tollere nostris Abbatibus, quia (inquit) fundatur in Regula, secundum quam professi sumus, nos velle vivere, & cuius jus fixum *stabilis* que ac invariabile manet, & mutare debet. Unde si Papa prohiberet nobis, aliquid mutare in ordine Breviarum, & dispositione officiorum divinorum, hoc prohibito non respiceret, nos jam professos, sed in futurum professuros. Ita Caram. cuius doctrinam expendens Heffren. in suis *disquisit. monast.* non minus laqueis quam acutè objicit, se mirari Caramelem tam scrupulosè inharere textui Regulae S. Bened. ut dicat nec Papam posse tollere Benedictinis potestatem mutandi officii divini, quia hoc eis conceditur in Regula: & tamen potuisse eas carnes concedere, licet eis prohibeantur in eadem Regula.

Verum enim verò audiamus, quid dicat S. Bened. in sua Regula, & quomodo mentem ejus affecutus Caram. *cap. 18. Hoc praxique commonemes, ut si hac distributio psalmorum displicuerit, ordinet, si melius iudicaverit, &c.* S. Legislator distribuit in singulis horas psalmos competentes. Et quia spirituum omnium Justorum plenus, praevidebat, futuros in suo Ordine Praedicatorum, diversorum charismatum & geniorum, permittit, ut psalmi pro officii distribuantur alter, quam ipse distribuere dicit (quam ipse) at quia in editione Breviarum hac distributio, & tota ipsius Breviarum ordinatio facta est auctoritate Apostolica, & decretum eadem auctoritate nobis impositum, de persolvendis officio sub hac forma, quis dicat S. Bened. dedisse nobis licentiam alterandi ordinata, & disposita à Sede Apostolica, vel eadem ejus auctoritate. Deinde etiam si conc. deremus, adhuc licere alterare Bre-

viarium, hoc intelligi debet pro semel, hoc nimirum modo, ut cui dispositio illius non placet, *aliter ordinet*, (inquit) S. Legislator, ordinare autem est aliquid certum & fixum statuere, unde ordinatio & ordinationes appellantur leges firmæ & fixæ. Quòd verò pro arbitrio nunc uno modo, nunc altero liceat officia disponere, ut vult Caram. & hinc non convincitur, aliàs ridiculum esset, & ridicula facultas. Tertio Caramuel præterdit ex hoc loco, & aliis ejusdem Regulae, non solum licitum esse mutare & variare Breviarium, & Officium divinum: sed etiam decurtare. At evidenter contrarium apparet ex ipsis verbis S. Bened. in prædicto cap. 18. ubi sic subdit: *Dum omnimodis id attendatur, ut omni hebdomada Psalterium ex integro numero 150. Psalmorum, psallatur, & Dominico die semper a capite repetatur, &c.* Ergo licentia, quam hic dare S. Benedictus præterditur (si quæ talis est) intelligi debet, non ad diminuendum Officium, sed ad augendum. Et ita videmus, antiquos Fundatores Congregationum, quæ militant sub Regula S. Benedicti pro suo fervore fecisse, & prolixissima Officia instituisse, neminem minus suis præscripsisse, quam in Regula præscribatur. Et sic nihil hic evincit Caramuel.

Clemens VII. concessit Theatin. occupatis Confessionibus, studiis Theologiae vel Canonum aut servitio infirmorum, ut pro Officio & omnibus Horis, satisfaciant recitando certum Psalmorum numerum, à Superiore illis præfigendum, non minus septem vel sex, aut Orationem Dominicam septies, cum Symbolo Apostolorum bis. *Roder. to. 1. quæst. 42. art. 5. Portel. v. Hora can. nu. 18. Capuccin. in annot. ad Casar. v. servit. & Compend. privil. Ordin. S. Hieron. v. officium.*

Hoc privilegium non est necessarium, 37 nisi

37  
 nisi pro studentibus; pro his verò qui ser-  
 viunt infirmis, vel confessiones audiunt,  
 non puto fuisse concessum, nisi ad tollen-  
 dos scrupulos. Nam sic Ecclesia obligat  
 ad Horas, ut tamen non intendat averte-  
 re ab operibus charitatis, & majoris per-  
 fectionis, aut ad quæ aliàs tenemur ex  
 officio, vel iustitia, & sic qui non potest  
 Horas recitare, nisi se subtrahendo ab  
 his, debet illas relinquere, neque ad hoc  
 indiget privilegio, ita cum cõmuni Sylv.  
*v. hora. num. 18. & Valent. d. 6. generali de  
 iust. qu. 2. part. 10. circa 7.* An verò possit  
 38 hoc privilegium suffragari studentibus  
 Philosophiæ, videtur suadere identitas  
 rationis, juxta dicta sect. 1. c. 2. v. verum.  
*arg. c. quia nonnullis. de magistr. ubi docenti  
 Grammaticam æqualiter provideretur, at-  
 que docenti Theologiam, verum hæc  
 identitas non est adeò stricta, & absolu-  
 ta, quin aliqua diversitas possit in ea no-  
 tari, ideo ego contrariam opinionem teneo.  
 per cap. sane de privil.*  
 39 Eugen. IV. anno 1438. pro Congreg.  
 Vallisole. declaravit per Oraculum, &  
 concessit ut Fratres professi ad Chorum,  
 sed sacris nondum initiati, non tenean-  
 tur ad Horas Canonicas, sed tantum ad  
 aliud aliquod pensum, à Prælatis eis im-  
 ponendum. Bullar. Vallisole. *privil. 46.*  
 40 Eugen. IV. concessit Cassin. Jul. II.  
 Olivetanis. Leo X. Camaldul. ut fratres  
 etiam professi ad Chorum, sed sacris non-  
 dum initiati. Qui taliter officiis Mona-  
 sterii sunt occupati. Aut qui aliàs non  
 sunt adeò docti, vel experti ad Horas re-  
 citandas non teneantur, nisi ad Officium  
 Beata, ultra quod si videatur aliquid plus  
 imponendum, arbitrio Prælatorum re-  
 linquitur. Bullar. Cassinens. *constitut. 62.*  
*Calar. v. officium divin. 1. Et Capuccin. ibi-  
 dem in annotation.*  
 Nota circa hæc duo privilegia, quod

potius ad obviandum scrupulis videntur  
 data, quàm ex necessitate, de quo vide se-  
 ction. sequent. dubium proprium. At in  
 opinione contraria, quod juniores pro-  
 fessi teneantur ad Horas: si Prælatus re-  
 jicit eadem privilegia, & non vult con-  
 aliquo secundum eorum tenorem dispo-  
 sare, vel responder, ejus occupationes  
 non esse tantas, quin possit eis non ob-  
 stantibus, Horas recitare, quid juris? Re-  
 spondeo, ipsum posse accipere suam dis-  
 pensationem à suo Confessario, aut  
 tiam à seipso, & se conformare privi-  
 legio Clem. VII. pro Theatinis, de quo sup.  
*num. 6.* Quia hæc privilegia non sunt con-  
 cessa Prælatis, sed ipsis junioribus, su-  
 citque ipsos scire, se habere causam  
 reducenda illa ad usum, quanvis Pra-  
 tus contrarium asserat.  
 Eugenius IV. concessit Ordini S. Hiero-  
 nymi pro infirmis, valetudinariis, &  
 senibus, ut censeantur satisfacisse ob-  
 gationi Horarum, dum dixerint eas pro-  
 ces, quas seu Superior, seu Confessarius  
 earum loco ipsis taxaverit. Imò quod  
 satisfaciant eidem obligationi, audiens  
 Horas quando ab aliis aut alio dicuntur.  
*Calar. v. infirmis. fratrib.*  
 Quando verò contingit aliquem  
 dubium circa suam infirmitatem, &  
 posse judicare, an sit sufficiens ad Horas  
 relinquendas. Leo X. concessit Minoribus,  
 ut satisfaciant dicendo Hymnum  
 Psalmum, Pater & Ave, aut aliquid simi-  
 le, arbitrio Superioris, vel illius qui  
 tempore præest Conventui. Roder.  
*1. Bull. in orac. ejusd. Leo. num. 13. Calar.  
 v. officium. 1. & Cannart. in sum. privil.  
 minor.*  
 Item idem Leo iisdem Minoribus con-  
 cessit. Eugen. IV. Congregat. Vallisole.  
 Et Martin. V. Hieronymitanis, ut circa  
 officium possit Superior dispensare cum  
 suis



quibus non possunt ex infirmitate illud recitare commodè, & sine tedio. Et postquam convaluerint, illis assignare aliquos Psalmos orandos loco ipsius officii. Ballar. Vallisfol. *privil.* 46. Casar. *vanferm.* 7. art. Confelt. in *sum. privil.* & Garc. *in tit. de benef. p. 3. cap. 1. num. 180.* ubi affirmat hoc adhuc valere, & nullibi inveniri revocatum.

47. Sac. IV. concessit Minorib. ut si defuncti Visus, vel Auditus aliquid omiserint in Officio divino, non teneantur illud repetere, sed satisfaciant dicendo aliquem Psalmum in fine Officij pro compensatione.

Item iisdem Minorib. concessere Alex. VII. & Innocent. VIII. ut in fine Officij recitando unum Psalmum, Orationem Dominicam, vel Ave Maria, satisfaciant pro omnibus, quæ potuerint omisisse, quæcumque ex causa, modo non ex dolo, Casar. *v. officium secundo.*

Leo X. favore Minorum, declaravit eos satisfacere *c. dolentes. de celebr. Miss. de dicendo Officio studiosè & devotè*, etiamsi propter fatigationem, seu aliam similem causam, illud recitent sedendo, vel ambulando, vel etiam si non integrè verba proferant ob negligentiam, imperitiam, vel defectum linguæ aut cum mentis distractione, ac sensuum evagatione, modo talia non faciant ex malitia DD. *in p. ut anti.*

50. Item idem Leo iisdem Minorib. concessit, ut persolventes Horas in Choro, non teneantur reperere malè prolata ab aliis, vel malè audita, propter distantiam, interceptum factum, seu aliam causam; sed contententur satisfecisse præcepto Ecclesiæ, & suæ obligationi, qualitercumque audiendo illa, quæ ab aliis cantari & dici solent. Item ne unus fiat alteri onerosus, ut quæ secreto dici solent in Choro,

possint solùm mentaliter dicere, aut legendo intra se ex libro, nihil proferendo vocaliter. Et ut is qui privatim officium solus recitat, possit eodem modo facere, cum prolatio verborum ad hoc præcipuè sit instituta, ut ab aliis intelligatur. Roder. *to. 1. bull. in orac. Leon. num. 11. & 12.* Casar. *v. officium. 1. Cordub. ibid. in annot. Cannart. in sum. privil. minor. Baldell. in Theol. mor. to. 2. lib. 8. d. 37.*

An autem pars ultima privilegij, de illo, qui privatim Horas recitat, sit intelligenda de ipso toto Officio, quod illi concedatur solùm mentaliter legere, vel de his tantùm, quæ solent sub secreto dici? Tambur. *to. 2. de iur. Abb. d. 10. q. 9.* vult ut de his solùm intelligatur. Cruz tamen *lib. 2. de stat. relig. cap. 8. dub. 2.* docet esse intelligendam de ipso toto officio. Et fatit ratio allegata à Pontifice, pro ejus concessione, nempe vocalem pronuntiationem in psalmodia, fieri propter audientes. Nam sicut in Choro non videtur necessaria pronuntiatio vocalis eorum, quæ secreto dicuntur: quia nemo est auditorus; ita nec eorum quæ aliquis solus, & privatim orat. Quin etiam aliqui apud Sà *v. hora. §. 11.* universaliter affirmant hoc esse licitum, etiam secluso privilegio, & Clericum excusari, saltem à mortali, qui Horas legit solùm mentaliter. Et Navarr. *to. 4. com. de orat. cap. 19.* licet agnoscat, illam concessionem Leonis X. esse privilegium, ait tamen posse disputando sustineri contrarium. Et de jure communi licitum esse, sic solùm mentaliter Horas persolvere. Quòd si quis obstinatius insisterit, vocalem pronuntiationem esse de essentia Horarum, & Psalmodiæ: tunc dicendum est, Papam dispensasse, in prædicta concessione, & in hoc consistere vim privilegij, juxta dicta *sect. 1. cap. 3. §. 1. v. porro.*

PRIVILEGIUM  
 QUILARUM  
 ET  
 MINENTARIUM  
 N REGILAS  
 NGELLARUM  
 OSTOUCE  
 YELU  
 B

## CAPUT XIII.

## Circa Indulgentias.

## SUMMARIUM.

- 1 Abbates possunt dare indulgentias in fine Missae, quando celebrant Pontificaliter.
- 2 Omnes habentes jurisdictionem Episcopalem in aliquo loco, possunt in eo dare indulgentias, instar Episcoporum.
- 3 Fideles audientes Missam in Ecclesiis Regularium, lucrantur indulgentias.
- 4 Item & audientes in eisdem divina officia.
- 6 Vel verbum Dei.
- 5 Regulares qui concionantur, possunt in fine dare indulgentias suis auditoribus.
- 7 Fideles visitantes Ecclesias Regularium, quacunque hora & die lucrantur indulgentias 8. & 11.
- 9 Item & certis diebus 10. & 11.
- 12 Indulgentiae Ecclesiarum Minorum & seq.
- 13 Indulgentiae Ecclesiarum Dominicanorum 19. & seq.
- 23 Osculantes habitum alicuius Regularis, vel eligentes in eo sepeliri, lucrantur indulgentias, & sequent.
- 26 Eligentes sepulturam in Ecclesiis Regularium, lucrantur indulg.
- 28 Servientes Regularibus Procuratores, & Medici eorum, lucrantur indulgentias 29. 30.
- 27 Indulgentiae confraternitatum, quae sunt erectae in Ecclesiis Regularium.
- 31 Regulares, habent diversas indulgentias pro animabus purgatorii & seqq.
- 35 Indulgentiarum sunt tria genera.
- 36 Regulares non possunt pro se lucrari indulgentias, nisi quas Paulus V. concessit.
- 37 Indulgentia quae questionem sonant, sunt revocatae.
- 38 Indulgentiae communicantur inter Regulares & 39.

- 40 Quomodo intelligenda Bulla Sixti IV. in materia.
- 41 Indulgentiae diversae non possunt simul lucrari.  
Summa indulgentiarum factae à Casar. revocantur ibid.
- 42 Quando Festum habens indulgentiam non fertur, quid faciendum.
- 44 Simplex Sacerdos potest dare indulgentiam confessionali.
- 45 Respondetur ad iura contraria.

**U**Rban. IV. año 1264. die 12. Septembris Abbati Montis Virgin. dedit licentiam largiendi indulgentiam 40. dierum post Missarum solemnias Bullar. Callin. constitur. 336. & Quar. in sum. Bull. Bonifac. IX. anno 11. sui Pontificatus, octavo Idus Aprilis idem concessit Abbati Sancti Frigidiani Lucensis, Congregationis Lateranensis. Ac deinde Pius V. anno 1566. 16. Februarii generaliter idem concessit omnibus Abbatibus ejusdem Congregationis Lateranens. Quod per viam communicationis ad omnes Abbatibus aliarum Congregationum derivat Tambur. tom. 2. de iur. Abb. d. 2. quest. 2. Quod verò de jure communi hoc conceditur Episcopis. c. cum ex eo. de penit. & fin. eod. d. 6. Ideo omnes habentes jurisdictionem Episcopalem, idem possunt in loco, in quo talem jurisdictionem habent, & respectu eorum in quos illam exercent, Archidiaconus Cluniacensis. Imò & Praelati quorumvis Regularium, quoad suos.

Sixt. IV. concessit indulgentiam 100. dierum, audientibus Missam qualibet feria V. in aliqua Ecclesia Carmelit. D. scalceat. Roder. Bull. 26. ejusd. Sixti Alex. verò IV. idem concessit eam audientibus quavis die in Ecclesiis Minoribus Casar. v. indul. quoad secul. 3. & 5.

Alex IV.

Alex. IV. concessit 100. dies indulgent. omnibus assistentibus alicui horæ Canonice in Ecclesiis Minorum, Casarub. *supra* *monachi orat.*

Gregorius IX. concessit Minoribus, ut dum concionantur, possint suis auditoribus legere indulgentiam 15. Annorum. Clerici verò IV. ut dum in propriis Ecclesiis habent concionem, largiantur suis auditoribus indulgentiam 80. dierum. In alio 180. Casarub. *v. indulg. quoad secul. 5.* Adit Aufon in sum. Dian. *v. Regul. privil. ann.* posse Regulares extra suos Convemus concionantes, dare suis auditoribus indulgentiam 18. Annorum 222. dierum. In propriis verò Ecclesiis feria 2. 4. & Annorum 156. dierum 24. sed *ibi* non nominat, à quo Pontifice, vel cui Ordini in particulari sit concessum.

Audientibus item concionem in Ecclesiis Minorum tempore Quadragesimæ Nicol. III. Alexand. & Innocent. IV. Ac Bened. XI. concessere indulgent. 1227. Annorum 777. dierum. Casarub. *v. indulg. quoad secul. 2.* Pro aliis verò temporibus & diebus. Alexand. IV. concessit indulg. 100. dierum. Idem *ibid.* 3. & 5. Ex Sixt. V. Idem concessit audientibus in Ecclesiis Carmelit. Discalceat. ex Roder. *Bulla 26. quoad secul. 1.* Item & Alexand. III. & V. Urban. V. Bonifac. VIII. Gregor. IX. & Bened. IX. audientibus in Ecclesiis Dominicanorum, sic communiter Casarub. *loco tradidit orato.*

Alexand. & Innocent. IV. concessit indulgent. 40. dierum, Clemens IV. 80. Nicol. IV. unius anni & 40. dierum, visitantibus quavis hora diei, aliquam Ecclesiam Minorum. Casarub. *v. indulg. quoad secul. 1.*

Clemens VII. visitantibus duo, vel tria Altaria, quacunque die in Ecclesiis Carmelit. Et manus adjutrices eis porrigen-

tibus concessit omnes indulgentias, remissiones, & liberationes animarum de purgatorio, quas possent lucrari visitando Ecclesias, in diebus stationum, intra urbem, vel extra. Verum quia privilegia pro porrigentibus manus adjutrices sunt revocata, Gregorius XIII. declaravit, ac istud de novo concessit sub hac forma, ut pro lucranda prædicta gratia, dicantur 7. Pater & Ave vel ante S. Eucharistia Sacramentum, terra osculetur, & oretur pro extirpatione hæresum, Ecclesia exaltatione, & Principum fidelium unione, vel dicantur Vespera defunctorum, vel accipiat habitus seu scapulare B. V. de Carmelo. Compend. privileg. Carmelit. Comp. privil. Eremit. S. Aug. Et Capucc. in annot. ad Casar. *v. indulg. quoad secul. 4.*

Benedictus X. concessit indulgent. 40. 9 Annorum, & Quadragenarum, cum relaxatione septimæ partis peccatorum, visitantibus Ecclesias Carmelit. quavis die Sabbati vel Dominica Nicol. verò V. eandem indulgentiam duplicavit pro die Sabbati. Casar. *v. indulg. quoad secul. 3.*

Honor. III. concessit indulgent. 40. 10 Annorum, & Quadragenarum, visitantibus Ecclesias Minorum, feria 4. Parasceves, in Quadragesima. Casar. *v. indulgent. quoad secul. 1.* Eadem verò Ecclesias visitantibus quavis die Quadragesimæ, Nicol. III. Alex. & Innoc. IV. & Bened. XI. concesserunt indulgentiam 1221. Annorum 576. dierum. Idem Casar. *ibid.* ubi allegatis aliis Pontificum gratiis, ait visitantes prædictas Minorum Ecclesias, in prædictis Quadragesimæ diebus, lucrari indulg. 3857. Annorum 207. dierum. In libro tamen, qui inscribitur, monumenta Ordinum referuntur indulgentiæ magis

moderata, atque ideo forte magis certa. Nempe quod visitantes prædictas Minorum Ecclesias, quovis anni die, lucrantur indul-

- Indulgentiam unius anni dierum 244. In Quadragesima verò, Annorum 4. & dierum. 263.
- 12 Gregorius IX. concessit indulgentias 200. Annorum, & totidem Quadrages. visitantibus Ecclesias Minorum, in Festis Domini. Casar. *v. indulg. quoad secul. 1.*
- 13 Pro Festis B. V. Mariæ. Idem eandem indulg. concessit Nicol. verò IV. concessit visitantibus Ecclesias Daminicanorum, in Festo Nativit. Purific. & Assumpt. ejusdem B. V. Mariæ, 30. Annos, & 180 dies. Et rursus alii Pontifices pro iisdem Festis B. Virg. & iisdem Ecclesiis Dominican. concessere alias Indulgentias, quæ simul omnes faciunt summam 69. Annorum 210. dierum. Casar. *ibidem.*
- 14 Pro Festis Angelorum Nicol. IV. concessit indulgent. plenariam in Ecclesiis Minorum *ibid.*
- 15 Pro Festis S. Joannis Baptiste. Gregor. IX. concessit 100. Annos, & Quadrages. in iisdem Ecclesiis Minorum. *ibid.*
- 16 Pro Festis Apostolorum Clemens IV. concessit annos 47. in iisdem Ecclesiis Minorum, *ibid.*  
Pro Festis Sanctorum, quibus eadem Ecclesia Minorum sunt dicata, aut quorum Reliquiæ in illis servantur. Nicol. IV. concessit indulg. plen. *ibid.*
- 17 Pro Festis 6. Præcipuorum Ordinis Minorum. Sixt. V. concessit indulg. plen. *ibid.* & Roder. *10. 2. qq. reg. 87. art. 5.*
- 18 Pro Festo S. Elisabeth. Gregorius IX. concessit 100 annos in iisdem Minorum Ecclesiis, Casar. *ibid.*
- 19 Pro Festo S. Petri Martyris S. Vincentii Ferrerii, & S. Catharina Senens. Sixt. IV. concessit in Ecclesiis Dominicanorum indulg. 50. Annorum, & Quadrages. Ac deinde alii Pontifices alias indulgentias largiti sunt, quæ simul summam componunt annorum 206. & dierum 320 *ibid.*
- Pro Festo S Thomæ Aquinat. Urban. concessit 100. Annos 220. dies ac deinde alii Pontifices addentes, crevit indulgentia ad summam Ann. 189. dierum 215. *ibid.*
- Pro Festo omnium Sanctorum, Greg. IX. concessit 110. Annos & Quadrages. visitantibus Ecclesiis Minorum, *ibid.*
- Pro Festo Dedicacionis Ecclesiarum, & Octava, Clem. IV. concessit 100. dies in Ecclesiis Minorum. Nicol. verò II. pro eodem Festo, concessit 30. Annos, dies 180. in Ecclesiis Dominicanorum. Ac rursus alii Pontifices iisdem Dominican. pro eodem Festo alias indulgentias largiti sunt, quæ simul junctæ, reddunt summam annorum 169. dierum 350. sunt pro solo ipso die Dedicacionis, & pro Octava Casar. *cit.*
- Joann. XXIII concessit indulgentias 5. Annorum, & Quadrages. de injunctis penitentiis osculanti habitum Dominicanorum Casar. *v. indulg. quoad secul. 1.*
- Urban. V Clem. & Nicol. IV. remittunt tertiam partem peccatorum morientium sepulto in habitu Minorum. Leo verò concessit eidem indulg. plenariam, & claravit sufficere si moriturus habeat pra se dictum habitum, quamvis nondum Roder. *10. 1. Bull. in orac. eiusd. d. 1.*
- Martin. IV. concessit indulg. 40. Annorum eligentibus sepulturam in Ecclesiis, seu cemeteriis Minorum. Casar. *v. indulg. quoad secul. 4.*
- Urban. V. concessit indulg. 100. Annorum omnibus confraternitatibus, & in Ecclesiis eorundem Minorum *ibid.*
- Sixt. IV. concessit Minoribus ut sunt in ipsorum servitio, consequantur indulgent. plenariam in morte, & in vita, de reservatis, Casar. *v. famulorum. 6. Portel. v. famuli num. 1. & Roder. tomo 1. Bull. in orac. eiusd. Sixti.* Per referentia autem ego sic intelligo, quod possunt

illis absolvi præter indulgentiam.

Martin. IV. concessit Minoribus, ut Procuratores, seu Advocati, qui laborant pro defensione Ordinis, aut ejus conventuum, habeant singulis annis indulgent. 100. annorum. Casar. *v. indulg. quoad secul. 4.*

Innocent. VIII. concessit eorundem Minor. procuratoribus, substitutis ipsorum exoribus, liberis, parentibus, fratribus, & sororibus, omnes indulgentias, quas ipsi Minores possunt lucrari, dicendo in ipsorum Ecclesiis 5. Pater, & Ave pro felici statu Ecclesiæ, gratiam verò Innocentii extendit Alexand. VI. ad Medicos eorundem Minor. Roder. *tom. 1. Bull. in ac. Innocent. VIII. & Casar. v. indulg. quoad secul. 4. & 8.*

Leo X. concessit Cassinens. ut dicentes Missas in Altari à Superiore ipsis quando, pro anima alicujus confan- gant usque ad tertium gradum, ea liberentur de purgatorio. Compend. privileg. Ordinis. S. Hieronymi, & Congregat. sancti Salvator. & habetur in Regula S. Benedicti impressa constit. Cassin.

Calixtus III. concessit indulgentiam Menariam Minoribus pro cujusque utroque parente, in purgatorio existente. Roder. in orac. eiusdem Calix. & Casar. *v. indulg. quoad secul. 8.*

Clemens VIII. concessit Minoribus Provincia S. Gabrielis in Hispania potestatem liberandi à purgatorio suum parentem cujusque utrumque, aut etiam fratrem professum ejusdem Provincia, dicendo pro ipso Missam in loco, in quo defunctus est. Roder. *tom. 2. Bull. 8. eiusd. Clem.*

Clemens VII. concessit Minimis, ut Generales, Provinciales, Correctores, & ceteri cujuslibet ipsorum socii, secundum Professionem antiquior. Ac omnes

Patres Conventus SS. Trinitatis, de urbe celebrando Missam defunctorum, Feria 2. & 4. cujuslibet hebdomadæ per totum annum lucrentur pro iisdem defunctis, easdem indulgentias, quas possent lucrari, si illis diebus Missas suas dicerent, in Ecclesia S. Sebastiani, S. Laurentii, S. Gregorii, S. Potentianæ, Scalæ cali, aut quavis alia, quomodocunque privilegiata, intra vel extra urbem. Et ut ejusmodi Missæ in particulari suffragentur animabus illis, quibus prædicti Patres applicandas duxerint. Roder. *tom. 2. Bull. 8. eiusd. Clem. & Capuccin. in anno 1. ad Casar. v. indulg. quoad fratr.*

Porro in hac materia indulgentiarum, 35 & quantum attinet ad nostrum institutum. Nota Primò, tria illorum esse genera. Aliquæ enim fuerunt directæ, & immediatè concessæ Regularibus, & pro seip- s. Aliquæ verò fuerunt quidem ipsis item concessæ, sed aliis applicandæ. Ac demum aliquæ fuerunt concessæ personis alterius conditionis, & ab iisdem lucranda, quamvis nō sint illis concessæ, nisi favore, & intuitu ipsorum Regularium. Igitur, quantum ad eas quæ sunt primi generis. Paul. V. Anno 1606. sui Pontificatus primo auditis 1. Regularibus, eas 36 omnes revocavit, & novas concessit digestas in singulos menses, pro certis diebus, & Festis, in illis occurrentibus. Et hæc jam sola valent; quas quia usus ex se satis notas reddidit, referre super sedeo.

Quantum verò ad alias 2. aut 3. generis, venit distinguendum. Nam illæ, quæ quæstuidi facultatem includunt, aut manus adjunctrices exigunt, fuerunt etiam abrogatæ à Pio V. Anno 1567. sui Pontificatus 6. Quod est causa ut nullam illarum hîc referre voluerim, sed solum alias quas adhuc valere, communiter asserunt Doctores, ut Portel, *v. indulgentia nu. 13.*

Auson.

REGIA  
BIBLIOTHECA  
ET  
MUSEUM  
IN REGIIS  
CELLARIS  
OSTIENSIS  
IN  
8

Aufon. in sum. v. Regul. privil. Lazana to. 1. qq. Reg. cap. 3. num. 19. Ubi allegato ad hoc Peyrinio, ait ita declaratum à S. Cardin. Congregat. Nempe anno 1615. die 21. August. ut testatur Gayant. in enchir. Episc. v. indulgentie.

- 38 Nota *Secundò*, aliquos scripsisse, Sixt. IV. per quamdam Bullam, quæ incipit: *Solet Sedes Apostolica*, declarasse, non communicari indulgentias inter Regulares, aut eorum Ecclesias, etiamsi illi habeant communicationem privilegiorum inter se. Verùm Casarub. qui alias satis studiose exquisivit privilegia Regularium, & eorundem revocationes, affirmat in v. indulgent. quoad secul. 3. se illam Bullam, quamvis diligenter conquisitam, nullibi reperire potuisse: unde fortè aut supposita est, aut non publicata. Imò etiam illà supposità, non desinent tamen Regulares inter se communicare in indulgentiis. Tum quia illa non est nisi declarativa, qui autem declarat nihil disponit, & ut nihil dat, sic nihil aufert; & sic non est sufficiens ad impediendam prædictam communicationem. Tum quia licèt diceretur sufficiens, Leo tamen X. qui est Sixto posterior, eum innovavit, & de novo concessit recentiori constitutione, in qua decernit omnimodam esse & fore communicationem gratiarum, indulgentiarum, exemptionum, &c. inter Ordines mendicantes respectivè, uti notavi ubi de communicat. Et sic illa Bulla Sixti IV. nihil officit. Quòd si obstinatus aliquis extare affirmet, & valere: exponenda erit de indulgentiis concessis pro aliquo casu, aut beato, vel ratione, quæ non militat in aliis Ordinibus, ab eo cui concessæ sunt. Nam v.g. indulgentiæ concessæ Ecclesiis Dominican. pro Festo S. Thomæ, non communicantur Minoribus, sicut concessæ Ecclesiis eorundem

Minor. v. g. pro Festo S. Elisabeth, non communicantur Dominicanis & sic de cæteris similibus. At secus est de aliis, de quibus intelligenda est cõstitutio Leonis X. Nota *Tertiò*, quòd licèt diverſi Pontifices concesserint alicui Ordini diverſi singuli indulgentias pro eodè Festo: tamen ego puto, posse alicquem simul omnes lucrari: sed tantum alterutram, quæ ille sibi lucranda proposuerit, vel quæ Deus æquus omnium æstimator, illi concesserit, quidquid in contrarium videri sentire Casar. qui ejusmodi omnes indulgentias in summas redigit, & sub illis crandas proponit. Moveor *primò*, quòd cum singulæ indulgentiæ sint diverſe non video, quo jure queant à nobis jungi, & in tales summas redigi, & sub illo Pontifice sint sic concessæ, & ejusmodi summa sub hac collectione sint simpliciter falsæ. Nec facit, quòd Nicol. IV. Clemens VII. confirmaverunt indulgentias suorum prædecessorum, quia illa confirmatio debet intelligi, non de summas quas proponit Casar. sed de ipsis indulgentiis, prout erant suorum prædecessorum & ab illis concessæ. Et sic quia fuerant concessæ distinctè, & independentè una à altera, etiam & tales sunt confirmatæ. Tales ideo remaneant, nò possunt sub una summa simul omnes lucrari. Moveo *secundò*, quia si sic unirentur, & dicerentur lucrabiles, merito viderentur propter cessum talium summarum, indiscretè, consequenter reiicienda, juxta *clausulam de privileg.* Ut qui in ejusmodi indulgentiis magnis sibi complacent, attendere debeant ne dum nimis amplas voluerint nullas habeant.

Nota *Quartò*, quòd de jure communi quando transfertur festum, non transfertur indulgentia, pro illo concessum

## CAPUT XIV.

## Circa interdicti, &amp; aliarum Censurarum observationem.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares possunt Divina celebrare in locis interdictis & 2.
- 3 Et nullam censuram inde contrahunt.
- 4 Et si contrahunt possunt ab ea absolvi à suis confessoribus & 5.
- 6 Ecclesie & loca Regularium non possunt interdici & 7.
- 8 Famuli Regularium, aut eorum agentes, non possunt ligari censuris locorum.
- 9 Regulares possunt tempore interdicti omnia Divina percipere, & solemniter sepeliri. 10.
- 11 Item & eorum famuli, & 15.
- 12 Tempore interdicti Regulares possunt Divina celebrare solemniter in Monasteriis remotis à civitatibus.
- 13 Imò & in his quæ sunt intra & 14.
- 15 Tempore interdicti Regulares possunt admittere ad Divina certas personas. Et certum earum num. 17. & seq.
- 19 Quando in Ecclesiis Regularium suspenditur interdictum, possunt in eis admittere Sacerdotes exteros ad celebrandum.
- 20 Et per idem tempus fidelibus Divina ministrare.
- 21 Interdictum suspenditur in diversis diebus in Congreg. Vallisolet.
- 22 Item & Ordine Minorum.
- 23 Et Dominicanorum.

**A**lexand. IV. per Bullam, quæ incipit: *Eis qui sanandis* & Leo X. per oraculum concessit Minoribus, ut cum perveniunt ad loca supposita interdicto, possunt in eis Divina celebrare: modo submissa voce, januis clausis, non pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis Roder. to. 2. Bull. in orac. eiusd. Leon. Et Casar.

X

far.

seti heranda est illo ipso die, quo Festum incidit, ut docet Afor. tomo 2. instit. l. 1. cap. ultim. quæst. 8. & Portel. v. festi d. 1. in add. Ac jure specialifavore Dominican. Leo X. concessit ut transferatur, teste Casar. v. interdictum secundum. Et sic arbitrarium nunc est utrovis illam proponere, vel lucrari.

Nica Quinto, quod Gloss. can. si quis qui 23. q. 4. & can. mensuram d. 1. de penit. Innocent. & Bernard. c. quod autem de penit. c. 1. Panormit. c. sicut dignum de homicid. Cardin. Clem. Religiosi de privi. Angel. v. indulgentia numer. 5. Rosell. Alvar. Casar. & alii docent, simplicem Sacerdotem posse in foro penitentiali dari indulgentias omnibus, quos potest absolvere, easque per diem, aut annum, secundum Innocent. & Archid. c. indulgentie de penit. c. 1. Quam doctrinam licet Sylv. v. indulgentia numer. 12. appelleret incredibile, auctoritas tamen, tot & tantorum Doctorum à quibus asseritur, mihi admodum probabilem reddit, & credibilem. Nisi quis dicat contraria consuetudine derogatum, quod vix puto aut factum, aut licet, quis enim conscius est eorum, quæ dicuntur, & fiunt in confessionali? Quantum verò ad jura, quæ Papæ, & Episcopi attribuant facultatem largiendi indulgentias, privativè ad simplices Sacerdotes.

Respondeo cum Archid. & Angel. citatis, ea intelligi de indulgentiis publicis, & generalibus, non de his, quæ penitentialibus in individuo in foro penitentiali posse concedi affirmo arg. c. quem penit. d. 1. de penit. & c. Deus qui de penit. & remiss. salvo meliori &

Ecclesia judicio.

far. v. *interdictum* 1. ubi dicit idem iisdem concessum à Clem. IV.

- 2 Alexand. VI. concessit Monachis Montis Serrati Congreg. Vallisole. ut cum porveniunt ad loca supposita interdicto, aut in quibus cessatur à divinis, possint ipsi divina celebrare aut celebrari facere, in sua presentia, & suorum familiarium, vel servitorum, modo januis clausis, exclus. excomm. & non puls. camp. B. qua incipit: *Sane memoria*.
- 3 Ex hoc autem utroque privilegio patet, nullam pœnam, nullamve censuram incurere Regulares, qui in locis interdictis celebrant. Quòd si quis plus equo scrupulosus, aut horum privilegiorum ignarus, contrarium putaverit. Extat aliud privilegium Eugen. IV. pro Hieronimitanis, quo conceditur ut possint absolvi à suis Confessariis, quoties aliquam censuram, vel irregularitatem cōtrahunt celebrando divina indebitè. Et aliud Nicol. V. pro Trinitat. quo conceditur, ut possint semel absolvi ab irregularitate contrācta celebrando Divina in excommunicatione, interdicto, vel alia censura, de quibus ubi de confess. Et hoc idem concessum Casin. pro toties quoties, habemus in fine Regulæ S. Bened. impressæ cum constitutionibus.
- 6 Eugen. IV. duplici constitutione, qua incipit: *Est ex debito*, pro Casinens. sancivit, non posse eos, eorumve Monasteria, aut loca, ob quamcunque causam supponi interdicto, vel ulli censuræ Ecclesiasticæ ab Ordinariis, Legatis Apostolicis, aut quibusvis aliis iudicibus: nisi ex speciali licentia Sedis Apost. cum speciali expressione Congregationis, & eorumdem constit. derogatione Bull. Cass. const. 58. & 59.
- 7 Leo X. concessit Minoribus, ut ad nullius instantiam (etiam Cardinalium) pos-

sint eorum Ecclesiæ interdicti; nisi simul interdicatur tota civitas, seu oppidum, in quo sita sint, sin autem, nō teneantur servare talem censuram, nec irregularitatem aliamve pœnam ob eam non servatam incurrant; nisi illi ei causam dederint, vel persona, quæ ferri postulat, velit competenter fratribus providere de necessarii ad victum. Casar. v. *interdictum* 1.

Alex. VI. concessit Dominican. ut eorum famuli seu Procuratores non teneantur interdictis seu censuris promulgatis in terras, seu personas, in aut cum quibus habitant. Canart. in *sum. privil. Minorum*. v. *offar*.

Jul. II. per Bullam, qua incipit: *Ex nobis*, concessit Minoribus, ut tempore interdicti ab Ordinario lati, possint separari in suis Ecclesiis, cum caremoniis tantis, pulsu campanarum, Missa, Officiis, perinde, ac si non esset interdictum, quo vide *c. ut privilegia de privil.*

Nicol. IV. concessit iisdem Minoribus, ut tempore interdicti, etiam in quo Baptismus tantum parvulis, & confessio mortuis conceditur, cum clausula (non obstantibus privilegiis, possint ipsi confiteri, communicare, unctionem recipere, Missam & officia Divina celebrare exclusis excomm. jan. claus. & camp. non pulsatis.

B. qua incipit: *Meritis vestre Religionis*. Eugen. IV. concessit Casinens. ut in omnibus locis in quibus resident, possint tempore generalis interdicti officia Divina celebrare, & omnia Sacramenta recipere, vel suis domesticis ministrare. Bull. Cass. const. 63. & 64. Ubi advertit, quòd debent excludi excommunicati, & campana non pulsari. Unde sola pars ultima concessionis habet vim privilegii: quòd priorem verò, de iure communi permittitur, imò & præcipitur, in *c. aliam Montis* fin. de *sent. ex m. 6.*



Urban. IV. concessit Cisterc. ut tempore generalis interdicti, possint in Monasteriis remotis ab habitatione saecularium celebrare officia Divina alta voce, pulsatis campanis, & januis apertis, solis excommunicatis, aut interdictis exclusis.

B. qui incipit: *Devotionis argumentum.*  
Jul. II. concessit Augustin. ut qua suo Obedi concessa sunt tempore generalis interdicti, ipsis omnia liceant, tempore specialis. Casar. v. *interdictum.*

Leo X. motu proprio, & ex certa scientia, concessit Minimis, ut tempore interdicti ordinaria autoritate lati, possint in suis Ecclesiis celebrare Divina, apertis januis B. qua incipit: *Quamvis in primis* de qua Casar. v. *interdictum* l. n. 22.

Et referretur ad longum à Margar. in Bullar. Casar. *const.* 350. Ubi adverte, quòd Casar. vocat hoc privilegium subrepticium, atque ideo nullum aut saltem tollendum, propter inconvenientiam, que ex illius usu possent sequi. Verùm clausula motus proprio, & certa scientia purgat vitium subreptionis (ut suo loco dixi) de incommodis autem, quæ ex illius usu metuunt Casar. Reg. quòd si Pontifex privilegii largitor, & Casarubio oculatior, ea non timuit, nec nos timere debemus.

Et iustitia hujus privilegii fundatur in exemptione. Nam locus exemptus, & extra Diocesim æquiparantur: (ut dixi in superioribus) atque censura lata ab Episcopo non extenditur extra ejus Diocesim. Ergo nec ad locum ab ea exemptum. Unde sicut non peccat, qui non servat censuram extra Diocesim, sic neque qui non servat in loco exempto. Pro quo ultra facit, quòd pœna sint semper minuenda, & restringenda juxta Regulam ordinum, juxta quam consequenter dicendum, quòd lato interdicto, sufficienter panitus dicetur populus, si servetur in

locis subditis, quamvis non in exemptis.

Innocent. VI. concessit Augustin. ut 15 tempore interdicti possint admittere ad Divina suos familiares, procuratores, negotiorum gestores. Quod item Carmelit. concessit Sixt. IV. Minoribus idem Sixt. Alex. IV. & Clem. VI. Dominicanis idem Sixt. & Joann. XXIII. Congreg. Vallisfol. Eugen. IV. Minimis Jul. II. Societ. Jesu Paul. III. Et iidem Eugen. Jul. & Paul. ad dentes privilegio, concessere, ut dicti procuratores possint sub secreto Ecclesiastica sepultura donari ab his, quorum res tractant, & pro quibus laborant Casar. *tit.*

Urban. IV. concessit Carthusian. ut 16 suos servitores, licet non familiares, sed aliunde venientes, & mercenarios, in suis grangiis & cellariis morantes possint ad Divina admittere tempore interdicti Casar. *cit.*

Nicol. V. concessit Monasterio S. Benedicti, Vallisoler. ut tempore interdicti ab ordinario positi, vel cessationis à Divinis, possit Prior eligere sex personas successivè, viros, aut mulieres, qui in eodem Monasterio admittantur ad officia Divina, Missam & Sacramentorum participationem, imò & ad sepulturam sub secreto, si quem ex his per id tempus contingat obire. Bull. Vallisfol. *privil.* 54. Casar. v. *interdictum* 1. Et Roder. *tomo* 2. *qq.* Reg. 112. *art.* 6. & 113. & *art.* 2.

Nicol. Franc. cum pro Sixto IV. legatione fungeretur in Regnis Hispan. concessit ejusdem Sixti autoritate, Congregationi ab eodem Monasterio S. Benedicti Vallisfol. denominatæ, ut Patres in singulis Monasteriis, tempore interdicti ab ordinario positi, possint qualibet die admittere 15. personas ad divina Bull. Vallisfol. *privil.* 64. Roder. *Bulla* 44. *eiusdem* Sixti. & Casar. v. *interd.* 1.

Alexand. IV. concessit Minoribus, ut 19  
X 2 Sacer.

REGIA  
VALLISOL  
ET  
MINISTERIA  
IN REGIAS  
CELLARIIS  
OSTOLICE  
VALLISOL  
III

Sacerdotes seculares, confluentes ad ipsorum Ecclesias, tempore quo in illis suspenditur interdictum, possint se accommodare fratribus celebrando Missam & alia divina in iisdem Ecclesiis, Casar. *v. interd. 2. & Capuccin. in addit ad idem v. 3.* Ubi adverte, quod ut bene notat Syly. *cod. v. 5. num. 7.* hoc de jure est aliis licitum, quando non personae, sed locus est interdictus, quia suspensio interdicti, & ejus ablatio aequiparantur. Et secundum hoc.

20 Leo X. concessit Congreg. Vallisfol. ut his diebus, quibus interdictum suspenditur in ejus Monasteriis, possint Patres administrare omnia Sacramenta quibusvis personis in iisdem suis Monasteriis, his solum exceptis, contra quos interdictum latum fuit, vel qui ei causam dederunt. Casar. *v. interd. 2. & Bull. Vallisfol. B. quae incipit: Sanè Religionis sinceritas,* & est ibi gr.

21 Concessit autem idem Leo praedictae Congreg. Vallisfol. suspensionem interdicti (etiam Apostolici) aut cessationis à divinis per omnia illius Monasteria in Festis Concept. Nativ. & Visitat. B. V. M. SS. Joann. Baptistae, Martini & Benedicti ac eorum Translationis, Gregorii Ildephonsi, Adelelmi, Antonii, Mauri, Placidi, Bernardi & Scholasticae. Item in Festis Sanctorum, quibus eadem Monasteria sunt dicata, aut quorum Reliquiae in ipsis servantur. Per Octavas earundem Festivitatum. Hebdomadam sanctam, ac totam Octavam Pascha. Eo die, quo aliquis Novitius proficetur. Quo Sacerdos novus Primitias suas celebrat. Et quo defunctum donant Ecclesiastica sepultura, tuncque licet adhibere in talibus Festis seu casibus, cantum, & omnia alia consueta, perinde ac si non esset interdictum, Bullar. Vallisfol. *privil. s. 1. cit. & s. 2. & Casar. v. interd. 2.*

22 Alex. IV. concessit Minoribus suspen-

sionem interdicti generalis in suis Ecclesiis, in Vigiliis & Festis, SS. Francisci, Antonii de Padua, Clarae Virg. & per eorum Octavas, Alex. verò VI. idem eisdem concessit pro Festis SS. Ludovici Episcopi, Bernardini, Bonaventurae, & Martyrum de Marochio, sed non pro eorum Octavis. Jul. item II. idem iisdem concessit pro Festo Stigmatum. Leon. pro Festo S. Elisabeth. & Clem. III. pro Festo S. Didaci, & Portiunculae. *Casar. interd. 2. & Roder. to. 1. Bull. in orac. Alex. Et to. 2. Bull. 28. Leon. & 4. Clem.*

Alexand. IV. concessit Dominicam suspensionem interdicti in Festo SS. Domini & Petri Martyris. Leo X. in Festo SS. Thomae Aquin. Vincentii ferr. Clarae Senens. & eorum Octavis, concessit interdictum sit Apostolicum Roder. *34. eiusd. Leon. & Casar. cit.*

## CAPUT XV.

## Circa lectionem librorum prohibitorum

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares potest legere libros prohibitos.
- 2 Societ. Jesu dicitur huic privilegio reus.
- 3 Et à multis Pontificibus revocatum.
- 4 Probabile tamen, quod non.
- 5 Sine privilegio licitum legere libros hereticos Caranuel.
- 6 Contrarium tamen asseritur. Quare libri ab hereticis compositi ibidem.
- 7 Non potest dici sine temeritate, non esse eam lectionem librorum hereticorum.
- 8 Libri heretici sunt duobus modis prohibiti.
- 9 Reus lectionis libri prohibiti, debet in eo illum specificare.

Pius V. & Greg. XV. concessere Societat. Jesu facultatem legere



- cia ad futura, si contingat tentari ex tali lectione; utrumq; autem non potest dici nisi cum temeritate, quis enim cum Deo pactum iniit, de suppeditanda gratia in tentatione? quis se dicat non posse à fide excidere, nisi hæretici ipsi? qui tamen nec unibras illius habent; Rursus si hanc doctrinam liceret admittere, quàm multa amabò absurda inde sequerentur. Nā sicut in materia hæresis, sic & in omni alia fas esset eam applicare, & sic quemadmodum Caramuel putat, se non lapsurum ex lectione librorum hæret. sic juvenis potest eodem modo sibi persuadere, se non lapsurum legendo libros amorum, se nō pervertendum à malis sociis &c. Et tamen clamat Sap. Si te lætaverint peccatores, ne acquiescas eis. Prov. 1. Et iterum: Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccli 13. Vide Dian. to. 11. tract. 1. ref. 1.
- 8 Nota quartò, quòd librorum prohibitorum duo sunt genera, alii enim prohibentur in Bulla Cœnæ Domini, alii in indice Trid. Et omnes quidem sub excommunicatione, verum excommunicatione prohibitorum in Bulla, reservatur Papæ. Non tamen prohibitorum in indice, ut inter alios observat Becan. in comp. controv. lib. 5. cap. 11. & Afor. 1. p. inst. lib. 8. cap. 16. quest. 5. Unde in contingentia casus, non sufficit, poenitentem se accusare de lectione libri prohibiti, sed debet vel eum nominare, vel dicere ubi sit prohibitus, ad hoc ut possit Cōfessarius discernere, si possit dare absolutionem, necne.
- 2 Regulares possunt dispensare cum illis, qui traxerunt cum impedimento criminis.
- 3 Item cum iis, qui in primo gradu affinitatis.
- 4 Et tunc non est opus, iterum adesse testes.
- 5 Quando conjugati non possunt separari sine dolo. & non patet accessus ad Papam, nisi Episcopus cum illis dispensare.
- 6 Item & Regularis.
- 7 Quando dispensatio ad matrimonium, fuit de subreptione, potest Episcopus dispensare partibus.
- 8 Item & Regularis.
- 9 Regularis potest dispensare cum conjugatis voto simplici castitatis, ad petentem reddendum.
- 11 Per hoc tamen privilegium non extinguitur, sed suspenditur.
- 10 An alter conjux possit per se illud irritum.
- 12 Regulares possunt dispensare cum conjugatis castuosis, ad pet. & red.
- 13 Hoc impedimentum contrahitur etiam durante, & quare.
- 12 Sed non habet locum, nisi intra 1. & 2.
- 15 Si affinitas fuit contracta ante Matrimonium, quid faciendum.
- 16 An ad affinitatem requiratur utriusque seminatio.
- 17 Et an consurgat uno seminante post alium in diverso actu.

## CAPUT XVI.

Circa Matrimonium.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares possunt dispensare cum iis, qui clandestinè contraxerunt Matrimonium. Ubi, & quo casu? ibid.

Gregor. XIII. concessit Societ. pro partibus Ultramontanis 1576. die 6. Augusti. in quibus decretis Trident. de irritandis clandestinis nuptiis fuit promulgatum, sed ab aliquibus non servatum, qui tamen induci non possunt ut iterum publicè contrahant; facultatem illos absolvendi in foro conscientie & cum ipsis dispensandi, ut iterum contrahant. Cyprian. Ciouress. in Regul. S. Et Francisca cap. 7.

Idem Greg. eidem Societ. concessit facultatem dispensandi cum illis, qui contraxerunt cum impedimento criminis.

his: & qui non putabant esse illicitum, dare fidem de Matrimonio ineundo, post mortem conjugis, ea adhuc vivente, ( e-  
 tiam si copula intercesserit ) Cyprian. *ibid.*  
 Leo X. concessit Augustin. facultatem dispensandi cum illis, qui in primo gradu unitatis contraxerunt, ut de novo contrahant, modò casus sit occultus  
 Rostel. in *lib. de causa matrim.* Et post ipsam  
 Hall. *irach. 5. cap. 5. prop. 4.* ubi nota, quòd Diana *to. 11. tr. 2. ref. 27.* hoc privilegium improbat, & in dubium revocat.  
 Item sine fundamento, & cum sola sui nominis autoritate videatur illud velle tollere, non dubitabo ego longè alterius nominis & autoritatis Rostensem sequi, seu in illo asserendo usum licitum defendendo. At quando sic dispensati iterum contrahent, opus ne, ut in presentia Patris & testium? Respondeo, quòd nò, & licet, quòd prima vice ( licet in validis ) coram ipsis contraxerint. Aliàs casus redderetur ex occulto publicus.  
 Et tacita voluntate Sum. Pontificis, potest Episcopus dispensare in impedimento occulto, si Matrimonium non potest dissolvi sine magno inconveniente, & non patet accessus facilis ad ipsum Sum. Pontif. Gloss. Alex. & Hofst. *6. quæst. de consang. Cucch lib. 2. const. manat. 7. Candid. disquis. 28. de matr Bauny. in sum. matr. non dirim. qu. 1. Leand. to. 2. de sum. matr. 9. d. 24. qu. 7. Dicastill. to. 3. de Sa-  
 dian. in. 10. d. 8. d. 4. Et Diana. to. 11. tr. 8. ref. 2. Ac cum probabiliter dixerim, ubi de prestate absolv. & disput. posse Requies absolvere & dispensare in omnibus in quibus hoc permittitur Episcopis, an etiam in hoc casu? Arbitror ego, posse probabiliter sui in. ri propter rationes & auctores *ibi allegatos.*  
 Item quando dispensatio ad cõtrahendum fuit contra obrenta à Papa per sub-*

reptionem, posse Episcopum dispensare cum partibus: seu confirmando dispensationem Pontificiam indulgere, ut in suo Matrimonio permaneant, docent Gloss. Hofst. & Alex. *supra cit.* Bauny item *citat.* Quod probabile affirmat Pont. *lib. 8. de matr. cap. 13.* Non improbabile Diana *to. 11. tr. 8. ref. 3.* Et ego eadem probabilitate, Regularibus cõpetere puto, per eadem principia, de quibus supra, quia quod Episcopis circa dispensationes, hoc Regularibus attribuitur, & maximè in occultis. †  
 Jul. II. Martin. & Pius V. concessere 9 Monasterio & Congreg. S. Bened. Vallisfol. facultatem dispensandi cum conjugatis, voto simplici castitatis adstrictis, ad hoc, ut possint petere, & reddere debitum. Leand. *de Sacram. to. 2. tr. 9. d. 24. q. 17.* Dicastill. *de Sacram. to. 3. d. 8. tr. 10. d. 4.* Capuccin. in *annot. ad Casar. v. dispensatio. Chaff. tr. 5. cap. 5. prop. 2.* ubi pro hoc citat Vegam Sayr. Sanch. & Portel. *Hurt. d. 26. de Matrim. d. 2.* Ubi suæ Societ. idem concessum asserit Diana *to. 11. tr. 8. ref. 4.* ubi ait, Pium V. idem concessisse Minoribus. Sanch. *to. 2. de Matr. lib. 8. d. 16. n. 3.* Miranda in *man. qu. 47. art. 2.* & Roder. *to. 1. qu. 63. art. 8.* ubi dicunt, idem concessum Ordinibus mendicantibus.  
 Nota verò circa hoc privilegiũ, quòd 10 votũ, de quo loquitur, debet fuisse emissum ante Matrimonium, nam si ipso stante, & alter conjux fuit inscius, potest se ipso illud irritare, si verò fuit conscius, & consensit, licet aliqui dicant, posse etiam hoc casu illud irritare, & cõsensum suum revocare, probabilius tamen mihi videtur, quòd non potest, quia per illũ abdicavit jus omne quod in voventem potuit habuisse, & quod sibi reassumere non potest.  
 Nota *secundò*, per hoc privilegium dari 11 †  
 † cap. *fin. 23. qu. 2.* quòd est Concil. 5. Toler. 7.  
 po.

REGIA  
 BIBLIOTHECA  
 ET  
 MUSEUM  
 HISTORICUM  
 UNIVERSITATIS  
 PADERBORNENSIS

potius facultatem suspendendi votum de quo loquitur, quam absolute in illo dispensandi. Nam si obligatus tali voto, supervivat suae conjugii, non potest ad secundas nuptias transire, per *c. quidam in v. v. v. & c. fin. 33. q. 2. cap. ex parte. de convers. conjug.* De quo debet moneri. † Imò si stante Matrimonio sua conjux fornicata sit (attento, quòd hac ratione amittit jus omne ad debitum) debet ipse se ab illa separare, & voto suo satisfacere, nec potest se cum illa reconciliare ad effectum carnalis commercii, sicut non possit secundo nubere si illa esset mortua, sin autem, peccabit prima vice, qua ei copulabitur, sicut peccavit, quando primum eam cognovit. Vel si casus sit occultus, debet dispensationem sibi petere, secundum dicta in superioribus.

12 Jul. II. concessit Congreg. Vallisfol. & Pius V. Minoribus facultatem dispensandi cum conjugatis incestuosis, ad petendum & reddendum debitum. Bullar. Vallisfol. privil. 74. Lamas. in meth. p. 4. c. 3. §. 8 & 9. Cruz. in epit. lib. 2. cap. 6. Mirand. in man. to. 1. q. 47. 4. 1. Capuccin. in annot. ad Casar. v. dispensatio. Quod suae Societ. concessum etiam affirmat Gasp. Hurr. d. 26. de matrim. dif. 2. Sed non dicit à quo Pontifice, unde arbitrarim, quòd per communicationem.

13 Nota autem 1. quòd Portel. v. ignorantia. n. 29. in addit. Auson. in sum eod. v. n. 7. Graph. & alii, quorum opinionem probabilem putat Lud. Mol. to. 6. de iust. tr. 5. d. 71. n. 9. Ad hoc etiam Sor. allegans, docent conjugem incestuosum, qui ignorabat poenam privationis juris ad debitum, non indigere dispensatione, quia ignorantia poenae excusat ab illa incurrenda, verum quamvis haec doctrina habeat locum in censuris, non tamen generaliter in omnibus aliis casibus, & maxime in

† Leo Papa epist. 90. ad Ruff. Narbon. Episc. Resp. 11. sum. in Armil. v. votum. num. 10.

isto, in quo incestuosus non prohibetur cognoscere suam conjugem, per modum poenae, sed propter affinitatem, quam per incestum cum illo contraxit, & quae ex copula (etiam legitima) sua natura semper confurgit, sive semper is qui ad feminam accedit, hoc sciat, live ignoret.

Jure tamen novo Trident. sessio 24. cap. 4. affinitas contracta per incestum non impedit conjugatos à petendo reddendo debito, nisi intra primum gradum. At si illa esset contracta ante Matrimonium, tunc non possent partes dispensari virtute supra memorati privilegii seu ad debitum, sed manendum in suo Matrimonio, quò factum nullum est, sed deberent sepe saltem quoad thorum, & remitti ad primum eo ordine & modo quo saluti consulere, & scandalum vitare, monet Portel. v. confessor. dispensans. At virtute alterius privilegii Leonis de quo supra ex Ross. poterunt ab alio Regulari sibi necessariam dispensationem accipere, si casus est occultus.

Nota secundo, quòd supposita doctrina communi, affinitatem non contrahitur per veram effusionem feminis intra à natura ordinatum, non convenit inter DD. An sit opus, utrumque hanc nem seminare in copula. Nam ut divina. 27. question. 2. Papa dicit, non propinquitatem, quòd nullam facit semine commixtionem, ergo non sufficit alteri seminare, quia tunc nulla sit commixtio confirmatur, quia affinitas non potest copulam contrahi ab uno solo, sed aliter confurgit seu resultat in utroque consequentiam ipsius copulae, ergo exigitur in viro feminatio ad illam trahendam, sic & in femina. Confirmatur quia illa sola copula generat affinitatem per quam vir fit una caro cum femina.

At duo non possunt fieri unum, nisi effe-  
ctus & actualiter ponantur in esse, quia  
igitur sunt unum in femine, necesse est  
utrumque suum exhibere, ut ex eorum  
commixtione resultet illa unitas. Con-  
firmatur, quia si sufficeret solum virum  
feminis, sufficeret æquo jure, si sola fe-  
mina feminaret, at hoc nemo admittit, er-  
go nec illud admittendum. Neque obstat,  
quod iura vel auctores, qui de hac mate-  
ria loquuntur, non faciunt ordinariè men-  
tionem, nisi solius viri, nam sic loquun-  
tur vel secuti opinionem eorum, qui pu-  
tant feminas non habere semen, vel ad  
parendum earum pudori, sufficienterque  
debent intelligi locuti de femina, in hac  
materia, quando de viro egerint. Atque  
ideo concludendo censeo affinitatem non  
conferri nisi ex utriusque feminatio-  
ne, & licet hanc doctrinam improbabilem  
iudicet Pont. lib. 9. de matr. c. 10. probabi-  
litate tamen affirmat Sanch. lib. 3. de matr. d.  
2. Nemig. in pract. confess. tr. 2. cap. 6. §. 9.  
Verticell. in qq. leg. al. tr. 4. q. 27. & Diana  
tr. 1. tr. 5. ref. 26. † Absolutè veram, qui  
illam profitentur, Lud. Lopez 1. par. instr.  
cap. 30. Gasp. Hurt. de matr. dif. 1. Martin.  
Perez. de matr. d. 31. sect. 1. Martin. à S. Jo-  
seph. in monit. confess. to. 1. lib. 1. tr. 34. de ma-  
tr. Et non pauci Canonistæ in 6. frater-  
nitatis de eo qui cognov. conf. uxor. In contin-  
gentia verò casus, præsumitur uterque  
feminasse, & secundum hoc, in foro ex-  
teriori judicanda est affinitas contracta,  
sed in interiori, stabitur eorum dicto. \*

Quod si vir feminavit, & se retraxit,  
antequam feminaret femina, quæ deinde  
sola te tactibus excitavit, tunc in opi-  
nionem eorum, qui tales tactus (immediatè  
\* Vide Boer. p. 2. decis. q. 241. num. 7. & 8.  
\* Domin. to. 1. q. 4. de matr. p. 6. prop. 2. nu. 15.  
\* Decret. 202. opusc. 1. tr. 88. Leand. de sac. to. 2. tr.  
p. 4. 21. quest. 41. Martin. à S. Joseph in monit. to. 1.  
lib. 1. tit. 51. de matr.

post copulam) licitos dicunt, quasi sint  
ipsius copulæ complementum ) dicitur  
etiam affinitas consurgere ex tali semi-  
natione, quia sicut dicitur copula in ea  
completa, ita & commixtio, ex qua re-  
sultat una caro. Sed in opinione magis  
communi eorum, qui tales tactus illicitos  
faciunt, secus erit dicendum: & quod si-  
cut illa femina feminatio, non spectat  
amplius ad copulam, sed est actus distin-  
ctus, & peccatum molliæ, ita nec cen-  
sebitur per ea eam fieri commixtio, quæ  
affinitatem generat.

CAPUT XVII.

Circa Missas.

§. I.

De tempore concesso ad celebrandum.

S U M M A R I U M.

- 1 Regulares possunt dicere Missam ante auroram.
- 3 Et etiam statim post mediam noctem.
- 5 Quod privilegium non est abrogatum.
- 7 Imò secluso privilegio est licitum, subsistente causa.
- 4 Secus, nulla subsistente & 6.
- 6 Ratio, quare regulariter Missa non dicatur nisi post auroram.
- 8 Regulares possunt dicere Missam post meridiem.
- 9 Etiam in tribus horis post.
- 11 Quod est licitum etiam secluso privilegio. Et quare ibid.
- 12 Non excusatur à peccato, qui sine legitima causa dicit Missam aut nimis tarde, aut nimis cito.
- 13 Que hora debet pro dicenda Missa.
- 13 In computanda media nocte, vel meridie, non est scrupulosè attendendum horologiis.

Eugen. IV. concessit Monasterio S. I.  
Bened. Vallisole. Sixt. IV. Minorib.  
Innocent. VIII. Dominican. Pius V. &  
Gregor. XIII. Societ. Jesu. facultatem ce-  
lebrandi una hora ante diem. Bullar Val-  
lisol. priv. 46. Roder. to. 1. bull. in orac. Inno-  
cent. 8. & to. 2. Bulla 22. Greg. XIII. Casar.

X

v. Mis.

REGIA  
VALLISOL  
ET  
MINORIB.  
REGILAS  
CELLARUM  
OSTOLIC  
C III  
8

1. *Missa 2. Capuccin. in annot. ad idem v. 3. & Afor. 1. p. inf. lib. 10. cap. 25. quest. 4.*
2. Alex. VI. concessit Patribus Congreg. Vallisoler. facultatem celebrandi duabus horis post mediam noctem, B. qua incipit: *Sane merita.* Et est ordine 117. in Bull. ejusd. Congr.
3. Martin. V. concessit eidem Congreg. Vallisoler. Gregor. XIII. Cassin. Innocent. VIII. Augustin. I. & Leo X. Minoribus, ut statim post mediam noctem possint celebrare. Bull. Cassin. *const. 219.* Casar. & Capuccin. *supra cit. Suar. 10. 3. in 3. parte d. 8. sect. 4.* Afor. *supra cit. Bauny in Theol. mor. 17. 10. de Sacram. q. 13. & Celest. Suesl. in comp. Theol. mor. tract. 8.*
4. Hic autem nota primo, Concil. Trident. Congreg. *sess. cap. 9. in decret. de celeb. Miss.* declarasse, non esse licitum, celebrare ante diem, virtute privilegiorum obtentorum ante dictum Concil. De quo Garc. *in tract. de benef. p. 3. cap. 2. & Barb. in collect. Bull. v. mendicantes.* Vnde ego infero, licitum esse per privilegia dicto Concilio posteriora Pii V. & Greg. XIII. Imò & per omnia alia supra relata, cum dicta declaratio non sit sufficiens ad derogandum illis.
- Nota secundo, quòd regulariter quidem nemo debet celebrare ante diem, necesse est & cap. *nocte Sancta. d. 1. de cons. Ubi Gloss. assignat rationem, nempe quia Sacramentum Eucharistiae, quod in ea conficitur, spectat ad tempus gratiae per diem significatum, juxta illud Rom. 13. *nox praecessit, dies autem appropinquavit.* unde Fum. *in Armil. v. Missa.* & Navarr. *in man. cap. 25. numer. 85.* putaverunt esse mortalia ante diem celebrare. Attamen idem Navarr. *ibid.* agnoscit, in multis locis contrariam consuetudinem invaluisse. Et secluso omni privilegio licitum dicit Gloss. *cap. fin. de privil. in 6.* Quanto autem tempore ante ortum solis liceat id facere si-*

ne privilegio, non convenit inter Doctores. Nam aliqui licitum dicunt, una hora post mediam noctem, ut Marchin *de Sacram. Ord. tr. 3. cap. 7.* Joan. de la Cruz *in direct. p. 1. Sacram. Miss. qu. 2.* Henriq. *de Miss. lib. 9. cap. 1.* Laym. Rodriq. &c. Alii etiam tribus horis ante, ut Suar. *10. 3. in 3. par. d. 8. sect. 18.* Vivald. *de Sacram. altar. num. 151.* & Pitigian. *d. 2. ar. 4.* Ac demum alii, ut Vitor. *de Euchar. id licitum affirmant statim post mediam noctem, & ita evidenter colligitur ex cap. Solent. d. 2. de cons. Cui licet rogatum esse per contrariam consuetudinem dicat Gasp. Hurr. d. 4. de Sacram. d. 4. praxis tamen aliud docet.*

Innoc. VIII. concessit Dominicae Hispania facultatem celebrandi una hora post meridiem. Eugen. verò IV. eam fecit Cassin. celebrationem usque ad tertiam horam nonam inclusive, quae extenditur usque ad tertiam post meridiem. Rod. *10. 1. bull. in orac. Innoc. VIII. Casar. v. sa secundo. & Bullar. Cassin. const. 58.*

Nota, quòd secluso omni privilegio licitum est incipere Missam in ipsa nocte secundum Fernand. *in exam. p. 3. cap. 14.* Aur uno quadrante post, secundum Afor. *10. 1. inf. lib. 10. cap. 25.* Aut una hora post, secundum Fagund. *de Euc. p. 1. lib. 3. c. 17.* Henriq. *lib. 9. de Missa. c. 7.* Aut tribus quadrantibus post, secundum Bonac. *d. 4. de Sacram. quest. ult. p. 1.* multò post ipsum meridiem, ut vult ann. Andr. *in cap. 1. de celeb. Miss.* Aut tiam tribus horis post, secundum Navarr. *in man. cap. 25. numer. 85.* & Salz. *pract. crim. 46.* Vivald. Fernand. & Lemas. Tum quia nusquam id invenitur prohibitum; Tum quia adhuc illa hora Christus patiebatur, & sic licitum videtur offerre illa eadem hora hoc sacramentum.



- 4 Et ubicunq. fuerint.
- 5 Etiam in Cameris secularium, aut plateis civi-  
tarum. 6. 7. & 13.
- 8 Aut Ecclesis interdictis.
- 9 Non tamen in pollutis.
- 10 Hec privilegia putantur à Trid. sublata ve-  
rius, quod non, & 11.
- 14 Et explicatur Concilium.
- 12 Episcopi non possunt impedire Regulares, ne  
utantur di. his privil.
- 15 Episcopi possunt dare licentiam celebrandi ex-  
tra Ecclesiam, non tamen hoc permittere per  
modum privilegii.
- 16 In necessitate licitum celebrare extra Eccle-  
siam, etiam non habita permissione Episcopi.
- 17 Et in casibus diversis.
- 18 Imò ex sola devotione.
- 19 An licitum celebrare in mari.
- 20 An in Ecclesia polluta.

**P**ius IV. concessit Canonicis Lateran. x  
ut absque ulla licentia Ordinarii, pos-  
sint in infirmitate curare, sibi celebrari in  
suis cameris, & ibi Sacramenta recipere,  
Compend. privil. Fulliens. & Barnabita-  
rum. v. infirmi. & Marchin. de sacr. ord.  
par. 3. 11. 3. cap. 9.

Urbanus V. concessit Cisterciens. fa- 2  
cultatem celebrandi officia divina, &  
Missam etiam in arcibus, ad quas tempo-  
rebulli se recipiunt.

Gregorius XIII. cum derogatione 3  
Trident. concessit Patribus Societ. Jesu,  
ut in suis missionibus possint ubique ce-  
lebrare, etiam in castris, aut in domibus  
suis, in Oratorio à Provinciali designan-  
do.

Honorius III. concessit Dominican. 4  
& Minoribus, ut ubicunque fuerint, pos-  
sint super Altari celebrare extra Eccle-  
siam, & locum sacrum; de quo in cap. in  
his. de privil. & gloss. cap. fin. eod. in 6. Et sic  
est privilegium juris.

Y 2

Item


S. II.

De loco concesso ad celebrandum.

SUMMARIUM.

- 1 Regulari infirmus potest curare sibi dici Missam  
in sua camera.
- 2 Regul. possunt divina celebrare in arcibus tem-  
pore belli.
- 3 In castris.

PRIVILEGIA  
RELATIVUM  
ET  
MENTARIUM  
REGILAS  
CELLARUM  
OSTIOLICUM  
III



- Item iisdem Minoribus concessere Sixtus IV. & Alex. VI. ut possint celebrare ubique, etiam in cameris sacularium, seu plateis civitatum, dato quod non videantur loca inhonesta, eò quod in eiusmodi cameris dormiunt coniugati: vel talibus plateis exercentur multa profana.
- 6 Item Urbanus IV. dedit Carmelit. facultatem celebrandi in quovis loco honesto, coram Prælatiis & Magnatibus, à quibus de hoc rogabuntur. Sixtus verò
- 7 IV. extendens gratiam in eorum mari magno, concessit, ut possint celebrare ubique & coram quibuscumque personis.
- 8 Clem. VII. concessit Carmelit. Leo X. Minorib. Alex. VI. Monachis Môtisferati Eugen. IV. & alii Põtif. Casin. facultatem celebrandi in locis interdictis, aut in quibus cessatur à divinis: modò ianuis clausis, expulsi excommunicatis, nõ pulsatibus campanis, & ipsi causam interdicto non dederint, de quo vide, ubi de privileg. circa obser. interd. Supra memorata verò omnia referuntur à Bullar. Callinenf. const. 355. Roder. tom. 1. qq. regul. 43. Casar. v. Altare. & v. Missa. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 5. cap. 5. Gasp. Hurt. d. 4. de Sacrif. Miss. dif. 6. Marchi. de sac. ord. p. 3. tr. 3. c. 9. Dian. tr. 2. dub. reg.
- 9 Nota primò, quod cum privilegia non extendantur extra casum, ideo licet per hæc concedatur facultas celebrandi in loco profano, aut Ecclesia interdicta, non tamen licet virtute eorum celebrare in polluta, quia aliud est Ecclesiam esse interdictam, aliud esse pollutam, & in contingentia casus, minus esset inconveniens celebrare sub dio, & in loco profano, quam in Ecclesia polluta.
- 10 Nota secundò circa eadem supræmemorata privilegia, quod Trid. sess. 22. c. 9. in decr. de cel. Miss. videtur illa revocare, & de facto revocata putant Laym. supr. cit.
- Mirand. in man. to. 1. q. 28. a. 3. Barb. de off. pot. ep. p. 2. all. 23. & Cõfett. in sum. mar. mag. m. Attamen ego adhuc valere arbitror cum Dian. 4. p. tr. 4. miscell. ref. 106. Cherub. to. 1. in schol. 2. Bull. 4. Clem. 4. Petr. de le. desm. de Euch. c. 20. concl. 2. dub. 4. Roder. to. 1. q. 28. a. 3. Cruz. in epit. lib. 2. c. 5. d. 1. Et Marfil. in remiss. ad Trid. c. 9. cit. Quod probabile putat Marchin. de sac. ord. tr. 3. p. 3. cap. 9. Tum quia post Tridentinum fuerunt concessa aliquibus Ordinibus, aliis confirmata. Tum quia Trid. illa non revocat absolute, sed solum mandata Episcopi prohibeant, ne quis celebret extra loca sacra; unde Marchin. Cruz. desin. & Marfil. citati, inferunt, quod si tem licitum erit, 'quamdiu non prohibuerint. An verò possint prohibere Regularibus, habentibus ad hoc privilegium Apostolica? S. Congr. Cardin. ad c. 4. declaravit quod non, in hæc verba: *facultatem celebrandi in privatarum domorum interioris ab Apostolica Sede emanatam, Episcopi impedire non potest.* Unde ego infero, potest Regularibus uti prædictis privilegiis secundum ea celebrare extra Ecclesiam non tantum dum non prohibent Episcopi, ut dicunt Authores citati, sed etiam prohibeant. Tum quia Trid. illo suo decreto, non voluit derogari juri cõmuni & scripto: privileg. autem Honor. III. quo supra, & quod cetera omnia virtute continet, cum sit insertum corpore Juris, sortitur ejus naturam, & non fuit mens Concilii, illi derogare. Quod confirmatur, quia Sacra Congreg. an. 1591. die 9. Dec. declaravit concilium non derogare cap. fin. de p. in 6. Est autem par ratio de c. in his cõm. Ergo sicut non derogatur illi, ita nec illi quàmvis Sixt. V. & Alex. VI. in privilegiis de celebrando extra locum sacrum, excipiant cameris, in quibus dormiunt

minot conjugati, & plateas, in quibus  
 exerceatur profana: quia tamen hæc ex-  
 ceptio nõ fit in cap. in bis cit. ideo poterant  
 Regulares celebrare in dictis cameris &  
 plateis, non virtute ditorum privilegio-  
 rum, sed ðicti capitis & juris cõmunis, cu-  
 jus est, modõ adlit causa sufficiens, & ex-  
 ceptio reverentiam. Et ita tenet Sor. in  
 4. d. 5. q. 2. a. 3. Et Roder. r. 1. quæst. 43. ar. 5.  
 24. Ad Trid. verõ Resp. illius intentionem  
 tantum fuisse, tollere abusus, ut notat A-  
 for. r. 1. q. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 6. nempe eo-  
 rum, qui sine ulla licentia, aut justa causa  
 præsumebant celebrare extra Ecclesiam,  
 aut qui prædebant, se ad hoc habere li-  
 centiam perpetuam ab Episcopo. Nam li-  
 cet pro occurrentia casus, possit Episco-  
 pus hoc permittere, non tamen dare pri-  
 vilegium perpetuum ad illud, ut docent  
 Afor. r. 1. q. 3. Marchin. de sac. ord. p. 3. tr. 3.  
 cap. 9. n. 3. Navarr. conf. 1. de const. & 16. de  
 priv. Et Bonac. d. 4. de sacram. quæst. ult. p. 9.  
 Et ita à S. Card. Cong. sapius rescriptum  
 videtur Marchin. cap. 9. cit. nu. 7. & pla-  
 res alii, quos ibi allegat.

In necessitate verõ, & suadente aliqua  
 causa honesta, etiam sine licentia Ordini-  
 nari, licet celebrare in aliqua Capella Ec-  
 clesie diruta, aut ad portam, seu atrium  
 parvæ Ecclesie, sub dio seu aère aperto, in  
 campo platea &c. Et ita docent Ledesin.  
 Afor. & Marsil. cit. Navarr. lib. 3. conf. 7. de  
 priv. Miss. Sor. in 4. d. 13. quæst. 2. ar. 3. Gasp.  
 Hurr. d. 4. de sacris. Miss. d. f. 6. Sà v. Missa nu.  
 24. Arnul. cod. v. n. 4. Et nonnulli Canonici  
 in cap. fin. de conf. Eccl. Et ita permittitur  
 in cap. concedimus, & cap. sicut non alii d. 1. de  
 conf. Addit Hurr. id licitum, etiam si neces-  
 sitas non sit adeõ urgens, & ita consue-  
 tudine receptum affirmat ex Vasch. &  
 Argud. Et lic. v. g. in castris licet celebrare  
 sub tecto ad hoc ut milites audiant Mis-  
 sam. Aut sub dio in navigatione, quando

navis appellat ad terram. Aut in proces-  
 sione, quando tenditur ad Capellam, quæ  
 non potest capere populum confluentem.  
 Aut tempore pestis. Aut quando Sacer-  
 dos novus celebrat suas Primitias &c. se-  
 cundum Fernand. in exam. p. 3. cap. 5. §. 10.  
 Ubi citat. Tolet. Navarr. Sor. & Afor. Et  
 Marchin. cit quia in talibus casibus adest  
 inter pretativus consensus Papæ, seu Epi-  
 scopi, Addit Ledesin. esse valde cõforme 18  
 juri, ut etiã ex sola devotione possit sim-  
 plex Sacerdos sic celebrare extra locum  
 sacrum, in campo, domo privata, grangia  
 &c. quando ei non occurrit Ecclesia, quia  
 in cap. fin. de priv. in 6. hoc conceditur Epi-  
 scopis in cap. verõ cit concedimus, omnibus  
 Sacerdotibus absque distinctione neces-  
 sitatis, vel folius devotionis. Et ita allega-  
 to eodem c. docet D. Tho. 3. par. q. 83. a. 3.  
 ad 1. Quod ego nõ ausim improbare: mo-  
 dõ ut ibi dicitur, irreverentia omnimodis  
 caveatur, & alia circumstantiæ ad tan-  
 tum mysterium requisita observentur.

De mari aut flumine, an liceat in eo ce-  
 lebrare, negant Afor. quæst. 6. cit & plures  
 alii quos citat & sequitur Bonac. de sacram.  
 d. 4. qu. ult. p. 9. Sed licitum faciunt Barth.  
 ab Angel. in dial. de Missa §. 620 Graph. 1. p.  
 decis. 1. 2. cap. 42. Scortia de sacris. Miss. l. b. 2.  
 cap. 13. Durand. in 7. at lib. 4. cap. 1. Laym in  
 theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 5. Et alii quos citat  
 & sequitur Marchin. c. 9. cit. nu. 14. ubi re-  
 fert, Clem VIII & Paul V. ita concessisse  
 navigantibus in Indias. De Ecclesia pol-  
 luta idem dicit ex D. Tho. & Suar. Mar-  
 chin. in cap. 10. atque de domo privata, aut  
 loco profano, & licere in ea celebrare  
 subsistente aliqua causa honesta, v. g. ad  
 hoc ut populus pagi audiat Missam in die  
 Festo, vel ad cõmunicandam infirmum:  
 & hoc cum sola licentia Episcopi, vel et-  
 iam sine illa, quando urget casus; sed  
 ego in superioribus dixi, mihi videri sa-  
 tius

REGIA  
 VLLARIVM  
 ET  
 VMENTARIA  
 REGILAS  
 CELLARUM  
 OSTOLICA  
 8

ius celebrare in loco simpliciter profano, quàm in Ecclesia profanata, seu polluta, quia locus profanus non est execratus, nisi negativè, Ecclesia verò polluta positivè, ob memoriam autem criminis majorem horrorem generat locus positivè per illum pollutus, quàm alius solum negativè non Sacer. (\* )

## §. III.

De Missis, quae ex obligatione celebrantur.

## SUMMARIUM.

- 9 Regulares habentes obligationes Missarum, satisfaciunt per 9. collectas 1. & 2.
- 3 Praelati Regularium possunt reducere onera Missarum.
- 4 Et onus unius debet reduci ad 50. scuta.
- 5 Haec reductio non intelligitur de Missis impositis, in limine fundationis Ecclesiarum.
- 6 Onera imposita beneficiis in fundatione, sunt semper in individuo implenda, & ab omni dispositione excepta.
- 7 Explicatur Tridentini decretum sess. 25. cap. 4. de ref.
- 8 Privilegia de reductione Missarum, an intelligenda de Missis, solùm ante eorum concessionem receptis.
- 9 Privileg. de reductione, extenduntur etiam ad officia, & alias obligat.
- 10 Reductio Missarum potest fieri extra visitationem.
- 11 Illicitum recipere Missas cum intentione petendi reductionem.
- 12 Parvae eleemosinae pro Missis pluribus, possunt conjugi, ut per unam Missam satisfiat omnibus.
- 13 Hujus privileg. iustitia defenditur.
- 16 Revocatur tamen à S. Cong. & seq. usq. ad 22.

(\*) S. Gregor. lib 3. dial. c. 26. Maxamiano Abbate refert, ipsum in mari tempestate iactatum, corpus & sanguinem Christi sumpsisse simul cum omnibus qui erant in navi. Item de quosdam milites Homeritas, ante praelium communicasse in navi refert Baron. to. 7. ann. 533. nu. 24. Qui anno 700. eod. to. n. 3. allegato exemplo sancti Vulfrani Frisorum Apostoli qui item in navi celebravit, fuit id olim sanctis viris fuisse consuetum. Et Deo non displicuisse patet ex miraculo Paternae, quod ibid. refert,

- 14 Licitum accipere pecuniam pro Missa, & quod sit.
- 15 Illicitum anticipatè dicere Missam pro illa, daturus est eleemosinam.
- 16 Decretum diversa S. Congr. circa celebrationem Missarum & seq.
- 21 Eleemosina data pro Missa de Beata, non potest retineri, nisi celebratur de Beata.
- 32 Idemque dicendum de aliis Missis.
- 33 Aliqui contrarium tenent.
- 34 Et utraque opinio componitur.
- 23 Eleemosina data pro Missa de Requiem, non potest retineri nisi dicendo de Requiem.
- 24 In die duplici, quod non sit de praecipuo dicitur Missa de Requiem, pro implenda voluntate testatoris.
- 31 Et item Missa alia votiva, ex causa rationis.
- 27 In Altari privilegiato non suffragatur nisi celebretur de Requiem.
- 24 Non potest autem in eo celebrari de Requiem, si festo de praecipuo.
- 27 Unde in tali die, vacat Altare.
- 27 Pro Missa dicenda in Altari privileg. potest dici animabus defunctis indulgentia Benedicti.
- 30 Verius tamen, quod non.
- 36 Missae concessae quibusdam Ordinibus, non potest dici ab aliis.
- 37 Sed illarum loco debent dici votiva, quae pro Missa.
- 38 In fundationibus Missarum, Fundatores accipiuntur à Regularibus, nisi ad petitionem sacrificii & 39.
- 40 Fundationes Missarum non debent recitari diebus in quibus potest satisfieri.
- 41 Et cum licentia Superioris.
- 42 Missarum obligatio potest transferri ad alium locum.
- 43 Fallit si obligatio est imposita ad locum, & est specialis devotio.

Clemens VII. concessit Carm. in Cuna Missa possint usque ad 9 collectas dicere pro totidem Missis debitis.

per illam unam satisfacere omnibus. Et Jul. II. ac Leo X. concessere Generali Mimorum, ut dum yilitat aliquod Monasterium sui Otdinis, possit in eo Missas redacere ad certum numerum. sic ut pro fongulis, solum singule collecta dicantur, in unaque ad 9. per quas collectas tot Missis satisfactum. B. exposcit Quæ est in Bull. Cassin. 349. Roder. tomo. 1. Bull. 28. tit. 2. Passar. lib. 1. privil. sui ord. Capuccin. in annot. ad Casar. v. Missa 3. & Confett. in sum. mar. magni Concil. verò Trid. sess. 25. cap. 4. de Res. concessit Abbatibus & Generalibus Regularium, ut in suis capitulis possint ordinare super Missis fundatis in suis Ecclesiis, & ad certum numerum eas reducere, prout ad Dei gloriam, suæ conscientia melius visum fuerit.

Roch. in rubr. de iure patron. §. pro eo Barbat. consil. 23. volum. 1. Tusch litt. C. concl. 384. Farin. 4. p. dec. posth. 174. Barb. de off. & pot. ep. p. 2. alleg. 29. & in collect. Bull. v. Missa. secundo Piafec. in pra. p. 2. cap. 3. & Graph. 1. par. decij. lib. 2. cap. 53. Et ita anno 1573 die 7 Februarii. sibi à Cardin. S. Congreg. responsum testatur Passar. in cap. 60. de remed. Miss. Ac rursus eadem Sac. Gongregat. in decretis suis de celeb. Miss. sancivit, & declaravit univèrsaliter pro omnibus, Anno 1591. die 3. Mart. Ac iterum anno 1625. sub Urbano VIII. Unde ego satis dubito, an sint audiendi, qui contrarium docent, Navarr. tomo 1. lib. 3. de celeb. Miss. Henric. in sum. lib. 9. cap. 22. litt. P. Moneta de comm. ult. volum. cap. 5. Marchin. de sacram. ord. tractat. 3. par. 2. cap. 19. & Fraxinell. de obligat. Sacerd. sect. 7. num. 3. Nec me movet eorum ratio, Concilium loqui generaliter, & sine exceptione, nam ut dixi onera imposita in limine foundationis censentur semper excepta, deinde sic Cardinales excipiendo declaraverunt illum locum. Et hanc mentem Concilii fuisse patet ex ipso textu ejus decreti quod sic incipit: contingit sepe in quibusdam Ecclesiis, &c. Ergo supponit Concilium, Ecclesias jam existentes, & fundatas, & consequenter loquitur de oneribus postea illis impositis.

Nota Tertiò, Passar. Dian. tract. de celeb. Miss. res. 2. Capuccin. in annot. ad Casar. v. Missa 3. & Confett. in sum. mar. magni tenere supramemorata privilegia esse intelligenda de Missis solum receptis ante eorum concessionem, non de his, quæ postea & maxime post Trident. Quin etiam Dian. tractat. cit. res. 6. contendit, sublata esse privilegia Jul. II. & Leon. X. per dictum Tridentin. in cap. 4. cit. Et ipsa Sac. Congregat. ita expressè declaravit, concessionem prædictam Tridentini intelligendam esse de Missis impositis ante ipsum

REGIA  
BIBLIOTHECA  
MUSEI  
ET  
MUSEI  
REGIAS  
CELLARUM  
STOLICA

psum non de receptis postea. Attamen omnes alii affirmant adhuc valere, & tam virtute eorum, quam ipsius Trident. posse Pralatos reducere numerum Missarum, etiam postea receptarum, ita Gracias in *pra. ben. p. 7. lib. 2. cap. 132. Petr. de Ledesm. de Sacram. euchar. cap. 18. Marchin. cap. 19. cit. Barbof. loco. item cit. Navarr. lib. 3. conf. 10. de cel. Miss. & lib. 5. conf. 3. Possesvin. de offic. par. cap. 2. quest. 9. & alii.*

9 Addit Vincent. de Marfil. in remiss. ad cap. 4. Trid. cit. Galerius in margar. cas. conf. v. Missa Barbof. Marchin. & Moneta citati illa eadem privilegia posse extendi ad officia mortuorum aliaque similia suffragia, ubi in majore numero inveniuntur.

10 Addit Navarr. lib. 9. conf. 10. de celeb. Miss. & Confert. citatus etiam extra visitationem posse Pralatos regulares hanc reductionem facere. Bene autem monet Navarr. non posse in hac parte delegare, neque ullam reductionem facere, sine magna necessitate. Et multo minus licere fratribus, ejusmodi obligationes in se suscipere, cum proposito petendi reductionem, & decipiendi fideles, à quibus suscipiuntur.

12 Leo X. concessit Minoribus, ut parvas elemosinas acceptas pro Missis, possint conjungere ad summam unius julii, & per unicam Missam omnibus satisfacere Capuec. v. Missa 3. Roder. tomo 1. q. 43. a. 17.

13 Nota circa hoc privilegium, & alia similia, quòd licet improbentur à nonnullis tanquam injusta, & deceptoria. Navarr. tamen conf. 3. de privil. Bonac. d. 4. de Sacram. euchar. q. ult. de sacrif. Miss. p. 8. prop. 1. Cassaing. tract. 8. capit. 1. prop. 9. Barth. ab Angel. Confert. & plures alii apud ipsos, illa probant. Quia Papa tantum supplet de bonis operibus Religionis, vel thesauro Ecclesiae, pro illis, qui dant ejusmodi elemosinas, quantum ipsi essent conse-

secuturi per Missas quas voluerunt, ubi Nota secundo, quòd cum omnes concedant, posse Sacerdotem pro sua Missa accipere pecuniam, seu per modum elemosinae, seu stipendii honorarii, seu titulo gratitudinis, seu pretii pro labore, seu compensationis pro sumptibus, in candidis, sacris vestibus, &c. Potest (etiam incluso privilegio) pro una Missa accipere tot stipendia, quot sunt illi necessariae victum illius diei, in quo Missam dicitur, cundum Sot. lib. 9. de iust. quest. 3. artic. Can. lib. 12. de loc. theol. capit. 13. ad 10. Thibien. v. restitutio. Fernand. in exam. par. cap. 5. §. 9. & alios quos sequitur Marchin. tract. 3. de Sacram. ord. par. 2. cap. 16. pro modo non accipiat ad lautiorum victum sed strictum, & pauperem. Addit Navarr. 2. de restit. cap. 2. num. 33. Henr. lib. 9. cap. 22. & Arrag. de iust. qu. 85. artic. posse accipere stipendia non tantum victum illius diei, sed etiam ad vestimenta & habitationem. Addunt Fernand. & Petr. Navarr. cap. 2. item cit. nu. 314. Sot. d. 86. sect. 1. & alii quorum Cordub. tenet lib. 1. qu. 4. dub. 2. etiam pro sustentatione famuli, seu familiae. Ac demum refert Henric. loco supra cit. visum fuisse busdam Thomistis, maxime recetioribus posse illam accipere tot stipendia, quot sunt ipsi necessaria ad victum, vestimenta, habitationem, famuli stipendium, menta, aut etiam familiae, libros oportunos comparandos, & exolvenda debita. Idest ut summarie dicit Ledesm. in de euchar. cap. 18. quòd Sacerdos Religiosus, aut Conventus pauper pro una Missa potest accipere duo vel tria stipendia ad providendum suis necessitatibus, seu ut ait Arragon. Petr. de Navarr. & alii. duos julios, seu carlinos, aut realia, sed cum illis solis non poterit videre omnibus, pro quibus tamen accipiat

quod celebrare, pro eo qui primus se-  
quor tempore daturus est eleemosinā,  
licet non faciunt Henric. Petr. de Navarr.  
Aragon. Vega. Reginald. Fraxinell. &  
alii, sed hanc doctrinam tanquam peri-  
culosam scandalo obnoxiam, & ab anti-  
quo more ecclesie aberrantem S. Cardin.  
Congreg. habito verbo cum Sanctissimi  
mo approbavit die 15. Novembr. anno  
1609. cuius iudicium merito secuti sunt  
Barbof. Homobon Suar. Coninch. Mol-  
plad. Cordub. & communiter alii, quibus  
ego subscribo, quia fructus sacrificii, ne-  
que manet in suspenso post celebratio-  
nem neque ante ipsam applicatur.

Item volens eadem S. Congreg. ab Ec-  
clesia abusus & omnem speciem nego-  
tationis in hac materia Missarum tolle-  
re, habito verbo cum Sanctitate Urb. VIII.  
anno 1625. die 21. Junii, sequentia decre-  
vit, quibus voluit omnes tū Regular.  
tū laicales obedire. & deferre sub obli-  
gatione peccati mortalis, & restitutionis  
ac obrestatione Divini iudicii subla-  
tis quibuscunque privilegiis contrariis  
que si (ut par est) admittantur, ruunt  
opiniones relatae in notabili precedentii.

Primo. Sacerdos celebraturus non po-  
test accipere plura stipendia parva, ac de-  
inde ipsi conjunctis ad taxam Diocesis,  
vel ad necessitatem victus diei, unicam  
Missam dicere pro omnibus in commu-  
nitate quibus accepit illa stipendia, sed tot  
numero Missas debet dicere, quot sunt  
numero stipendia, de ita etiam monet  
Barony in theol. mor. tract. 10. quest. 12.

Secundo. Sacerdos accipiens pecuniam  
pro Missa: si ipse sibi ad hoc opus alium  
substituatur, debet illi tradere totam pecu-  
niam, quam accepit, nec potest sibi par-  
tem retinere etiam si eleemosina sit solito  
maior Barony cit. & Barbof. de off. & por.  
par. cap. 11.

Tertio. Administratores, seu Rectores  
Ecclesie, magnae devotionis seu magni  
concurfus, non possunt accipere eleemo-  
sinas pro Missis, nisi possint intra breve  
tempus illi satisfacere, vel nisi de hoc mo-  
nuerint eos à quibus eleemosinas accipi-  
unt, & ipsi consentiant, Bauny cit. & quem  
ibi allegat Lugo, & Barbof. in coll. Bull. v.  
Missas 3. & quos ibi citat Ledesm. & Villa-  
lob. dicentes non posse differri ejusmodi  
Missas ultra 50. aut 60. dies, quos sequi-  
tur Marchin. de sacr. ord. tract. 3. p. 2. cap. 31.  
ubi ex diversis ait spacium duorum men-  
sium esse modicum. S. tamen Congregat.  
super hoc consulta, respondit in una bono-  
nova onera Missarum posse recipi, si in-  
fra mensem possit anterioribus satisfieri  
nisi majorem celeritatem exigat, qui  
eleemosinam largitur.

Quarto. Eleemosina data pro Missa de 21  
Beata in Sabbato, non potest lucrari, nisi  
dicatur, Missa de Beata; nec excusatur Sa-  
cerdos, si in Sabbato occurrit Festum so-  
lemne: tunc enim si non potest suppleri  
per aliam Missam petita debet dimitti, &  
eleemosina restitui: nisi is qui dedit, ali-  
ter consentiat & disponat. Quod utrum-  
que jam ante Anno 1607. Cal. Septemb.  
S. Congregatio declaraverat, sed quia  
fortè non servabatur, iterum Anno 1625.  
ut dictum est, una cum aliis sancivit. Ex 22  
quibus omnibus patet, opiniones omnes  
supramemoratas circa stipendia Missa-  
rum cessare.

Ita pro Missis defunctorum. S. Con-  
greg. An. 1607. Cal. Sept. declaravit, quod  
Eleemosina relicta pro celebrandis Missis pro ani-  
mabus defunctorum, licet lucrari non potest,  
nisi celebretur Missa defunctorum. Et rursus 24  
eodem die ac anno. Ac iterum 20. Junii  
An. 1626. Tolerari potest Missa de Requiem,  
in die Festo duplici quod non sit de precepto pro  
implenda voluntate defuncti. Ad quod Barb-

de offic. & pot. par. parte prima capit. 1.1. n. 24. bene notat, quod declaratio non dicit ad voluntatem vivorum, sed pro implenda voluntate defunctorum. Unde si Festum de precepto cadat in diem pro Altari privilegiato, non potest in eo dici de Requiem ex altera declaratione sub die 24. April. Anno 1627. Cujus ibi idem Barb. meminit, & Gay. in *enchir. Episcop. v. Missa.* Ad quod Aufon. in *summ. v. Missar. stipend. num. 16.* allegat duas alias declarationes precedentes, unam Anni 1601. & aliam Anni 1626. Et cum saepe nominata Sacr. Congregat. anno praedicto 1601 die 1. & Jul. declaravit, quod in Altari privilegiato, debet celebrari de Requiem, sin minus privilegium non suffragatur, nec satisfi indulto. Hinc collige, quod occurrente Festo duplici, in die assignata pro Altari privilegiato, debet Altare vacare, & suspenditur privilegium, ita ut nec prosit, etiam si in illo celebretur de Requiem: quia ex alia declaratione privilegium non censetur concessum, nisi pro diebus deputatis, & quando fas est in illis celebrare de Requiem. Ita Aufon. cit & Barb. in *coll. Bull. v. altare, & Missa. 5.*

28. Verum, quia omnes illae declarationes semper loquuntur de duplici de precepto; ideo ego arbitror, quod si in die assignata pro Altari occurrat Festum, quod quidem sit duplex, sed non de precepto, poterit in eo dici de Requiem. Et censetur Sacr. Congregat. favore animarum, in hoc dispensare, alias frustra exciperet Festa duplicia de precepto, si quaecunque duplicia vellet excipii. Addit Marchini. de *Sacram. ord. tomo 3. p. 2. cap. 24.* satisfieri etiam si in alio Altari, vel alia Missa celebretur, modo Sacerdos applicet indulgentiam medalii, seu grani Benedicti, pro anima, quae petitur de purgatorio liberari, & pro hac opinione citat Megalium *tomo 2. var. resol. 182.* & Diana. *p. 4. tomo 4.*

resol. 40. ubi ipse se retractat ab opinione contraria, quam tenuit in 1. p. tractat. 2. ref. 29. Quod tale granum non sufficit. Sed ita dici debet, si juxta decreta Sacr. Congregat. & Urban. VIII. volumus neminem speciem negotiationis in hac materia relucere.

Porro quod dixi de Missa de Requiem in Altari privilegiato celebranda, in duplici, quae non sit de precepto, ideo dico de aliis Missis votivis, & in talibus posse eas dici, quando suadet causa rationabilis non obstante quod sit contraria Rubricis Missalis. Et hoc admittit Barb. in *tractat. de off. & pot. par. cap. 1.1. num. 16.* quando aliquis celebrat ad imaginem faculosam Suar. verò d. 83. de eue. in Port. v. *Missa in addit. & Chassaing. tra. cap. 1. prop. 4.* in quavis alia occasione, quovis alio loco, quia haec Rubrica ita graviter obligat.

Sed, & quae Missa petitur, ea dicitur, nam licet hoc fuerit declaratum Missa de Requiem, & de Beata tantum par est tamen ratio de omnibus aliis, ita docent Aragon. 2. 2. *quest. 85.* Petr. Navarr. de *rest. lib. 2. num. 248.* S. *tra. de sacrif. Miss. lib. 2. capit. 17.* Fraxine *oblig. Sacer. sect. 4. concl. 4. §. 4.* Rodriq. *cap. 44. num. 9.* Comitoli. *lib. 1. ref. 1. quest. 42.* Layman. & alii contra Suarez. d. 83. *sect. 3. cit. Molph. tomo 1. tract. 3. cap. 14.* & Dian. *tractat. 6. miscel. ref. 62.* Quorum opinio non solum adversatur deestis Sacr. Congregat. sed etiam non minus in iustitia continet, & defraudat Religionis erga beatos, fructuque privati, ab eo qui Missam petitur. At quia applicatio Sacrificij Missae pendet ab intentione Sacerdotis, & nihil repugnat eadem Missam dici in honorem diversorum beatorum, ideo quando aliqua pe-



non potest dici v. g. de Beata in  
 de S. Francisci, ego puto, satisfacturum  
 Sacerdotem, si dicat de S. Francisco &  
 in sua preparatione seu antequam acce-  
 dit ad Altare, offerat suum sacrificium  
 simili in honorem Beatae, & juxta inten-  
 tionem postulantis, quia tunc nihil ejus  
 voluntati vel devotioni detrahitur, sed  
 potius intenditur & augetur, conciliata  
 per sacrificii oblationem non tantum  
 deo, ut intendebat, sed etiam alio San-  
 cto.  
 Ino pro defunctis, & loco Missae de  
 Requiem, extra Altare privilegiatum,  
 tunc dicitur Missa de aliquo beato, aut  
 officio currenti, ut docent Host. & Hugo  
 de celeb. Miss. Sylv. v. Missa 1 num. 8.  
 Anall. eod. v. num. 32. Et Angel. num. 34.  
 Quum (ratione intercessionis beati ad  
 quos honorem dicitur) utiliorem ani-  
 ma exultanti in purgatorio affirmat Mar-  
 tin. de sacr. ord. tractat. 3. p. 2. cap. 25. Cui  
 ego subscribo.  
 Denique adverte, quasdam Missas, sic  
 approbatas & concessas esse quibusdam  
 Ordinibus, ut aliis non liceat libi  
 usurpare. Imo nec in ipsis Ecclesijs pro-  
 quibus sunt approbatae nisi his qui sunt de  
 illorum gremio; & talis est v. g. Missa Ro-  
 muli B. V. de Monte Carmelo &c. Unde  
 quando tales Missae postulantur ab his,  
 quos non sunt illorum Ordinum, debent  
 decere votivas de communi prout ha-  
 bentur in Missali, Barbof. de off. & pot. par.  
 cap. 11. 31. & Gavant. in Rubr. Miss.  
 Sixtus IV. pro Calsin. declaravit, quod  
 quibuscumque verbis utantur, legantes  
 volentes, seu alii imponentes, & ac-  
 ceptantes Missas, intelligantur admitti  
 ad participationem tantum, & non ad to-  
 tum fructum sacrificii. Habetur in Bull.  
 Calsin. Et in fine Regulae impressae cum consi-  
 derationibus. Admissis autem declarationi-

bus Cardinalium, ruit privilegium. Unde  
 Chassaign. eas reicit, ut ab interitu illud  
 aliaque similia vendicer. Ejus tamen ju-  
 stitia fundatur, tum in arbitrio, & vo-  
 luntate Pontificis quae semper praesumi-  
 tur justa, & cujus dispositioni subjacent  
 opera pia, cujusvis generis, tum in opi-  
 nione eorum qui tenent Pontificem sup-  
 plere, seu de thesauro Ecclesiae, seu de bo-  
 nis operibus Religionis, hoc quod de fru-  
 ctu sacrificii subtrahi videtur. Tum ma-  
 xime in alia opinione eorum, qui volunt  
 sacrificium esse infiniti valoris extensi-  
 ve, uti docent Caiet. 3. par. qu. est. 79. art. 5.  
 & tomo 2. opusc. tr. alt. 3. qu. est. 2. Canus lib. 12.  
 de locis cap. 13. Comitol. lib. 1. resp. mor. q. 42.  
 Angel. v. Missa nu. 52. & Marchin. de sacr.  
 ord. tract. 3. par. 2. cap. 13.

Eugen. IV. concessit Congreg. Valli- 39  
 solet. per oraculum, ac deinde Nicolaus  
 Franc. autoritate Sixti IV. (cum ejus  
 nomine legatione fungeretur in Hilda-  
 niis) per scripturam, ut in omnibus ejus  
 Monasteriis possint liberè & licitè reci-  
 pi; & retineri quaecunque eleemosina,  
 & legata pro perpetuis Capellaniis, sine  
 tali onere, cum consensu partium, si ha-  
 beri potest: interim autem persona, quae  
 ejusmodi eleemosinas dederint, reddan-  
 tur participes bonorum operum, quae  
 fuerint in Monasteriis, quibus illas dede-  
 runt Bull. Vallisfol. privil. 46. & 64. Graph.  
 1. par. decis. lib. 2. cap. 45. Roder. tomo 1. Bul-  
 la 44. ejusd. Sixti & Marchi. de sacr. ord. tr. 3.  
 p. 2. cap. 20. Ubi

Nota, quod ad obviandum difficultati 40  
 bus, quae ex ejusmodi foundationibus pos-  
 sent oriri, sancta Cardinalium Congrega-  
 tio Anno 1612. die 1. & 3. Sept. & rursus  
 Anno 1614. die 19. Maii mandavit, ut Missae  
 votivae à testatoribus non acceptentur de cetero,  
 nisi pro diebus illis in quibus secundum Rubricas  
 Missalis possunt celebrari; de acceptatis vero pe-

REGIA  
 BIBLIOTHECA  
 ET  
 MENTARIA  
 REGIAS  
 CELLARUM  
 OSTOLICA  
 III

- vendam esse à Sanctissimo dispensationem pro illis transferendis in dies quibus celebrari possunt. Ac iterum pro majori cautela Anno 1625. die 21. Jul. sancivit, ut nullus secularis sine sui Episcopi seu ejus Vicarii generalis, nec ullus Regularis sine sui Generalis, aut Provincia-  
lis licentia suscipiat impofterum onera Missarum perpetua.
- 42 Pius V. concessit Minoribus, ut Missas & Eleëmofinas uni loco, aut certis fratribus commendatas, possint aliis Religiosis ( etiam alterius Ordinis ) commendare aut Sacerdotibus sæcularibus, nisi contradicant fideles, qui tales eleëmofinas largiti sunt Portel. v. Missa 5. in addit. In usu autem hujus privilegii servanda erunt supramemorata decreta S. Congr. ut nimirum tot Missas numero dicantur, quot fuerunt acceptæ eleëmofinæ distinctæ, quæ & integræ tradantur illis, ad quos Missas transferuntur. Ac ut sciatur an fideles eleëmofinarum ejusmodi largitores contradicant, aut consentiant translationi, ego arbitror, esse monendos, & maxime quantum ad Missas, quæ petuntur dici in Ecclesia alicujus devotionis specialis ob imaginem miraculosam, & in qua sperant fideles se citius exaudiri, uberores, aut speciales ad eod favores consequi. Aliàs autem non satisfit de jure communi, quando sic Missas transferuntur, secundum Abb. & Imol. c. significatum de præb. Bald. l. si quis ad declinandum C. de Episc. & Cler. Cenedo 99. Canonic. 38. Gratian. discip. for. c. 72.
- 9 Illicitum tamen jure antiquo.  
15 Et nunc prohibitum & 16.  
2 Iura omnia favent Monasteriorum extirpationi.  
12 Varia tamen decreta super hoc negotio venerunt à Curia Romana, & seq.  
2 Pro extruendo aut dilatando Monasterio, quis cogi ad vendendam rem suam.  
3 Pro dotando Monasterio, potest Episcopus nare.  
4 Habens edificium vicinum Monasterio, cum eius incommodo illud elevare.  
5 Neque in eo habere fenestram unde ad Monasterium prospiciat.  
6 Neque exercere artē unde fratres patiantur commodum, & 7.  
8 Neque tenere meretricem.  
17 Monasteria incommoda possunt revo-  
cari fratribus.  
18 Monasteria possunt transferri ad loca diora.  
19 Et per hoc non contravenitur juribus prædictis novorum adificationem.  
20 Translato Monasterio, locus potest redigi in profanos.  
21 Monasteria minorā possunt redigi in majora.  
23 Monasteria, & loca eorum à nemine petrari.  
25 Grangie Regularium habent eandem immunitatem ac Monasteria femina possunt dici Monasteria Regularium.  
26 Variæ super hoc declarationes & seq.  
28 Licentiæ ingrediendi Monasteria nunquam multiplicandæ Monasteriis monialium.  
Variæ super hoc declarationes, ibidem.  
29 Et de simplici accessu ad easdem, prædictione.

## CAPUT XVIII.

## Circa Monasteria.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares possunt sine cuiusquam licentia, sibi Monasteria edificare, vel acceptare oblatas 10. & seq.

Julius II. concessit Minimis, ut domos, Oratoria, Ecclesias, seu loca pro perpetuo usu, possint adificare, aut oblatas pro sua habitatione recipere, ab aliis

alia cuiusquam licentia, seu Papa seu Ordinarium. Casar. v. edificare. n. 20. ubi refert, praedictos Minim. hoc suo privilegio alicuius usus contra Episcopum Hispal.

Nota primò, quòd Jura omnia singulartiter forent Monasteriorum extructioni & conservationi, unde quamvis regulares nemo cogatur rem suam vendere, tamen potest quis cogi ad vendendum suum suam domum pro edificando Monasterio, secundum Bald. l. 2. ff. de sol. mar. Angel. eod. Guil. si quis stipulatione eod. de ul. & sumpt. fun. & Covarr. lib. 3. var. cap. 14. Vel pro illo dilatando, ut docent Bald. & Angel. cit. Barth. Socin. l. 435. eod. de reg. iur. Capol. cap. 82. fin. de servit. urb. pr. ed. & Vincent. Franc. decis. 122. Vel ad claustrum extruendum, seu etiam ampliandum, ut dicit Riccius decis. 138. cur. Neap. vel pro dormitorio faciendum, ut concedit Socin. de Joan. de Anan. cap. Apostolica. de jud. vel pro Viridario componendo, ut vult Hieron. Leo lib. 1. decis. 90. vel ad novas officinas, in eo extruendas ex sententia Capol. cap. 82. cit. ubi dicit se Veronae ita obtinisse, vel ad ejus circuitum ampliandum, ut putat Gifarel. decis. 38. Quorum omnia ratio est, quia ex dispositione juris, vendere quis cogitur Ecclesiae vel fisco, quando ejus interest, vel favore Reipublicae. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel al. jur. Ligan. c. ad Apostolica. de donat. Panor. & Canonista. c. 1. de rer. permitt. Angel. l. ff. fil. matr. Flor. l. sis qui sepulchrum. eod. de ul. & sumpt. fun. Guil. de Cunha. eod. & L. de munit. C. de Episc. & Cler. Interest autem Reipub. habere Monasteria, ergo &c. Alex. XIII. in Concilio Lateranensi. plantatam Religionem, & plantatam fore in nobis omnibus debemus. Et in tantum Monasteriorum extructioni & manutentioni favetur, ut etiam pro eorum dotatione Concil. Tolet. permiserit Episco-

pis de suis Ecclesiis alienare; de quo in Si Episcopus 12. qu. 2. Neque his adversatur historia Naboth, 3. Reg. 21. (ut aliqui putant) quia Achab volebat ejus vineam in utilitatem privatam, Monasteria vero sunt in publicam: Ac deinde Achab fuit reprehensus à Propheta, non quòd voluisset emere vineam Naboth, sed quòd illo detrectante vendere, per pessimam calumniam, & oppressionem innocentis illam occupavit, quod non dico incitandum in extructione Monasteriorum.

Et licet jure communi, fas sit cuique aedificare usque ad caelum, l. alius. C. de servit. & aqua. Fallit tamen in aedificiis, quae sunt vicina Monasteriis, quia si alicui iurminet damnum ex elevatione muri aedificii vicini, potest dominus illius cogi ad vendendam servitutem non elevandi, nisi ad certam mensuram secundum Covarr. cit. Mascard. de probat. concl. 621. Barbof. in collect. ad l. cit. alius. & Ludov. Molin. to. 3. de inst. tract. 2. d. 709. Qui omnes idem docent de fenestris: & similiter posse dominum aedificii vicini Monasterio, cogi ad vendendam servitutem, ne in suo muro aperiat fenestram, unde prospiciat in interiora talis Monasterii. Imò nec in hortum, ut vult Capol. cap. 62. de servit. urb. pr. ed. arg. cap. cum & plantare. de privit. Ac demum quia quieti Monachorum prospicere necesse est. quam sit 18. qu. 2. & cos. fovere. cap. cit. cum & plantare. Si in aede vicina alicui Monasterio, exercetur aliqua ars cum nimio strepitu, potest operarius cogi ad abstinendum sua arte, vel emigrandum, ne Religiosi molestantur illius strepitu, Imol. & Canonista in cap. vestra. de locat. Bald. & Legista l. umc. C. de stud. l. b. urb. rom. lib. 10. & Angel. v. locatio. Et per proportionem idem dico de eo, qui exercet artem, unde factor exhalat, & aërem inficit, ut volunt communi-

REGIA  
VLAUVN  
ET  
MENTARIA  
REGILAS  
CELLARIS  
STOLICA  
III  
8

- ter DD. in l. 2. ff. ne quid in loco publico. §. item ait si odore. Et Capol. cap. 48. de servit. urb. præd. 43. de servit. rustic. Et à fortiori, si ars sit infamis, ut si ibi tenetur meretrix, ut notat idem Capol. qu. 6. de servit. pascen. per cap. 1. de usur. in 6.
- 9 Nota 2. quòd jure auri quo non licet ædificare Monasterium sine cõsensu Ordinarii. capit. quidam monachorum. 18. quest. 2. & seq. ibid. Et item jure novo Trid. sess. 25. cap. 3. de regul. per quod videtur sublatum supramemoratum privilegium Jul. II. Verùm post ipsum Trid. alia privilegia, & alia constitutiones super hac Monasteriorum ædificatione, emanaverunt à Sede Apost. & S. Congregatione, quæ ad informationem, hic referenda judicavi. Nam primò Paul. III. & Gregor. XIII. concessere Societ. Jesu facultatem ædificandi sibi domos, sine ejusmodi licentia Ordinarii, ut videre est in eius compend. v. ædificare. Et rursus Sixt. V. idem concessit Fulienf. B. quæ incipit: *Super specula*. Deinde Clem. VIII. supposito decreto Trid. & non revocatis concessionibus supradictis (quas fortè nescivit) sancivit anno 1603 die 23. Jul. ne ullus Episcopus ullis Regularibus, & præcipuè Mendicantibus concederet licentiam sibi ædificandi Conventum in aliquo loco, nisi prius vocatis & auditis aliis jam in eo existentibus, & causâ cognitâ, servatisque servandis, constiterit, posse istos ibi stare sine incommodo præexistentium, B. quæ incipit: *Quoniam ad institutum*. Verùm, Paulus V. Successor Clem. VIII. concessit Reformatis Discalceatis de observ. facultatem sibi ædificandi Monasteria cum derogatione constitutionis dicti Clement. B. quæ incipit: *Ad uberes spirituales*. De qua in compend. privil. Fulienf. §. 2. Hinc S. Card. Congr. animadverso quòd ex Bulla Pauli V. oriren-

tur nonnulla incommoda & accepto de super oraculo à Sanctitate Gregorii XV. Pauli Successore, anno 1622. die 17. Augusti. sua constitutione, quæ incipit: *Con alias*. Statuit, ne imposterum ullum Monasterium ædificetur, nisi de suis consensu rebus, seu elemofynis, possit alere 12. fratres subductis expensis necessariis, pro conservandis ædificiis, recipientis hospitibus, & aliis ejusmodi. Deinde anno 1624. die 24. Aug. Felix. rector Urban. VIII. sua constitutione, quæ incipit: *Romanus Pontifex*. In forma Brevis expedita, supramemorata omnia decreta Trid. Clem. VIII. & Gregor. XV. innovavit: ac privilegia similiter omnia supramemorata callavit, & eorum usum prohibuit in virtute Sanctæ obedientiæ, & pena excom. ipso facto incurrendæ violationis, vocis act. & pass. officiorum, ad illa, & quævis alia inhabilitatis mandavit, ut si quæ Monasteria forte incepta, non servatis dictis decretis, absolverentur. Tum demùm S. Congregat. anno 1625. die 21. Junii habito verbo cum eodem Urbano VIII. innovatum suum prius decretum anni 22. in decreto celebr. Missarum. Atque hæc quantum ad Monasteriorum extructionem.

Leo X. concessit Minorib. ut loca minus commoda possint tenere pro devotione sine Fratribus, modò tempore opportuno illa visitent, & in ipsorum ecclesiis aliquando celebrent. Porrel. v. nasteria in addit. num. 2.

Pius II. concessit Congregat. Vallislet. Sixt. V. Benedictinis in Lusitan. Alex. IV. Dominican. Sixt. IV. Minoribus ut absq; cujusquæ licentia possint transferre sua Monasteria, sua in locis aquosis, & sterilibus, vel infestatis à domibus temporalibus Bullar. Vallislet priv. 98. Bull. 10. 1. bull. 1. Tit. 2. & 10. 2. bull. 2. 1. Sixt. Porrel.

Portel. r. Monasteria. num. 7. & Barbof. de  
 q. 1. p. 2. all. 26. num. 9. Idem  
 ego dico de alis causis aequivalen-  
 tibus. An verò hoc privilegium revoce-  
 tur per Bullas Summ. Pontif. non de ad-  
 dicendo sine licentia Ordinarii, & aliis  
 conditionibus, de quibus in superiori-  
 bus potest in utramque partem dispu-  
 tum, quamvis in negativam ego magis  
 propendeam, quia qui transfert non ad-  
 huc de novo, & supponitur consensus  
 iam præhabitus in prima fundatione, nisi  
 transferendo Monasterio in aliud ter-  
 ritorium, ut si mendicantes vellent se  
 transferre in civitatem, vel locum, in  
 quo prius non solebant mendicare. Ita  
 Wanguel. in cap. unic. de excess. Pral. in 6.  
 cons. 1.  
 Sixtus IV. & Leo X. concessere Mi-  
 nionibus, ut dum ex necessitate suas Ec-  
 clesias transferunt, possint in usus profa-  
 nos locum reducere, modò priorum ad-  
 ficioram materia applicetur novis. Ro-  
 der. 10. 1. bull. in orac. Leon. Confess. in sum-  
 mar. mag. Calar. v. Ecclesia. n. 14. & Mo-  
 nasteria n. 15. Mirand. in man. to. 1. q. 24. a. 1.  
 Joan. XXII. concessit Cisterciens. in  
 Bull. que incipit: *Sacra Religionis*. Pius II.  
 Congregat. Vallisoler. Bull. que incipit:  
*Eximio*. Et Pius IV. Bull. que incipit:  
*Etiam*. ut sine licentia Ordinarii  
 cuiusquam alterius, possint unire  
 sua Monasteria in unum, ad hoc ut ibi te-  
 neantur 12. fratres, quando in singulis  
 non possunt tot sustentari, quot requi-  
 rantur, secundum Statuta Ordinis, ad  
 Missas & Officia divina celebranda. Bull.  
 Vallisoler. privil. 58. & 92. Roderic. tom 3.  
 q. 1. art. 1. & Cruz in epist. lib. 2.  
 Item Innoc. VIII. concessit. Do-  
 minican. per Bull. que incipit: *Sacra Re-*  
*ligionis*, ut Conventum, in quo non pos-  
 sant commodè sustentari 8. fratres, alte-

ri uniant, sic, ut fiat ejus membrum mo-  
 dò sine scandalo, & cultus divinus non  
 penitus extinguatur in illo. Roder. *supra*  
*cit. loco*  
 Jul. II. favore Eremit. Ordin. Sancti 23  
 Augustin. motu proprio, & ex certa sci-  
 entia sancivit, nullam eorum domum,  
 vel quamcunque aliam posse à quoquam  
 impetrari, sub quibuscunque clausulis,  
 etiam derogatoriis derogatoriis, &  
 insolitis, nisi in impetratione, accesserit  
 consensus Generalis, Provincialis, ac  
 Priorum Ordinis, sin autem, impetratio  
 sit ipso facto nulla, & toties de novo irri-  
 tetur, quoties iterata fuerit. B. que inci-  
 pit: *Religionem*. expedita 1508. die 30. Jun.  
 Eugenius IV. pro Cisterc. sancivit eo-  
 rum grangias frui eodem privilegio, 24  
 quo Monasteria, & Ecclesia, puta immu-  
 nitatis. Roder. 10. 2. qq. reg. 76. art. 2  
 Jul. II. concessit Minimis, ut femina, 25  
 quæ aliquod Monasterium ipsis extru-  
 xerunt, possint & illud, & omnia alia e-  
 jusdem Ordinis ingredi. Quar. in bullar. v.  
 Monasteria. & Ciesl. Suesl. in Theol. mor. tr.  
 2. cap. 8. Item Clem. VII. & Paul. III. fece-  
 runt Camaldul. licentiam, admittendi ter-  
 in anno quascunque feminas in suis Mo-  
 nasteriis, modò semper à cellulis Fra-  
 trum excludantur. B. que incipit: *Rationi*  
*congruit*. impressa Romæ ad finem Re-  
 gul. S. Bened. cum constit. Ordinis.  
 Nota autem circa ejusmodi ingressum 26  
 Monasteriorum. Pium V. an. 1566. ac dein-  
 de Greg. XIII. an. 1575. revocasse licentias  
 quascunque ingrediendi Monasteria utri-  
 usque sexus. Deinde S. Card. Congreg. in  
 suis declarationibus ad sess. 25. Trid. cap. 5.  
 censuit, hunc ingressum negandum esse  
 præcipuè mulieribus. Postea Greg. XIII.  
 an. 1584 die 8. Sept. generaliter indulgit,  
 ut ad Monasteria utriusque sexus queant  
 admitti Fundatrices, Doratrices, Mar-  
 chio-

REGIA  
 CLARVM  
 ET  
 VENTARIA  
 REGILAS  
 CELLARIS  
 STOLICE  
 III

chioniffa, comitiffa, aut alia superioris gradus femina, quod tamen intelligo de illis Comitiffis, quæ aut sunt supremæ locorum domina, vel supremi sanguinis Principibus Oriunda. Sed & cum Minimi die 21. Nov. an. 1567. S. Congr. consultuiffent, an privilegium sibi concessum à Jul. II. censendum esset revocatum, seu per Trid. seu per subsecutas supramemoratas constitutiones Pontificias, responsum fuit, quod non, ut refert *Quar. supra cit.* & *Passar. in schol. priv.* Verum Paul. V. omnium novissimè an. scilicet 1612. omnes supra dictas licentias revocavit, unde patet, rem nunc esse satis dubiam, praxi tamen obtinuit, ut adhuc locus detur privilegijs.

27 Sed & Pius V. pro Congr. Mont. Virginis declaravit, posse mulieres ingredi Monasteria, Claustra, & loca Regularia, quando Missæ & Officia divina in illis celebrantur, fideles sepeliuntur, vel pro ipsis suffragia offeruntur, vel quando habentur in ipsis Conciones, fiunt Processiones, seu quando tantus est populi concursus, ut omnes personæ nō possint commode ingredi & egredi per portam communem Ecclesiæ, modò recta via ingrediantur & egrediantur, B. *Decet Romanum.* Addit *Portel. v. claustra mon.* posse item feminas ingredi claustra Monasteriorum, quādo fit in eis lotio pedum in Cœna Domini, aut quando Novitius recipitur ad Habitum. Ac demum ex declarat. Cardin. ad *cap. 5. cit. Trid.* quando transeundū est per talia loca, ad hoc ut veniatur ad aliquem alium, in quo celebratur actio, cui interesse feminis permittitur.

28 Pro monialibus verò aliquid strictius statutum fuit à Rom. Pontificibus tutandæ earum quietis causâ. Nam si subsunt Regularibus, licentia ingrediendi earum Monasteria, debet dari ab ipsis Regulari-

bus, & non ab Ordinario. *const. 249. 262. 270. & 331. in Bullar. Cass.* Et hoc non nisi in casibus magnæ necessitatis, juxta dispositionem Tridentini loco *supra cit.* Imò nec pro se ipsis possunt iidem Regulares accipere hanc licentiam, nisi in iisdem casibus, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ pro prima vice; suspensionis à divinis & munere Pontificali, pro secunda. Ac deinceps excommunicationis ipsolito incurrendæ, si sint Pontificali Ordinis, privationis verò officii & excom. si sint inferioris, ex *const. Gregor. XIII. quæ incipit: Dubis quæ emergunt.* sub dat. anni 1581. die 23. Decemb. Quantum verò ad licentias, per privilegium obtinentur etiam à Sede Apostol. ad ingrediantur ejusmodi monialium monasteria, non possunt suffragari, nisi ipsa moniales capitulariter congregata, per vota fecerint consentiant ingressui ex alia *const. Urbani VIII. quæ incipit: Sacrosanctum.* an. 1624. die 27. Sept. Et si illa sint Congreg. debet insuper intervenire cōsent. Præsidentis, vel Vilitat. aut Definitores Capituli, ex *const. Leon. X. & Pauli III. supra cit. in Bull. Cass.* ubi excipiuntur attendendo hoc consensu Præsidi, sola fecerint dignitatis regiæ, aut personæ, quibus jure aut regula ejusmodi ingressus conceditur.

At quantum ad simplicem accessum dicta monialium cujusvis Ordinis Monasteria, ad simplicem collocationem crates, S. Card. Congreg. anno 1590. collocationem interdixit quibusvis Regularibus, etiam his qui ad earum Ecclesias veniunt causâ Missæ celebrandæ, concionis habendæ sub pœna privationis officiorum, vocis activæ & passivæ ac aliis arbitrio dictæ Congregationis quæ sibi privativè ad quemcunque alium reservavit potestatem, dandi Regularibus

- 18 *Quamvis aliqui contrarium teneant.*
- 19 *Regularis infirmus, potest profiteri, licet annus novitiatus non sit absolutus.*
- 20 *Et si conualescat, tenet professio.*
- 21 *Nece se est tamen, vt habeat aatem legitimam.*

**A** Lex. IV. concessit Carthusian. Eugen. IV. Cassin. Iul. II. Congreg. Valisol. & Leo X. Camaldul. facultatem recipiendi ad suam observantiam, quoscunque etiam si forte illi alium ordinem voverint, & hoc casu a tali voto illos absolventi. Bullar. Cassin. const. 63. & 58. Roder. ro. 2. bull. 11. Eugen. 4. Casar. v. dispensati. Capuccin. v. novitius. \*

Nota primò. Hoc privilegium, solum esse necessarium, ad reddendum licitum ingressum ad tales ordines. Aliàs enim si obligatus per votum ad unam religionem, ingreditur alteram, & in illa proficitur, ex ipsa iuris dispositione, non tantum potest sed tenetur, in illa manere, & cessat obligatio prioris voti quamvis forte Religio quam fuit ingressus, sit laxior ea, quam vovit. cap. scripturae. de vot. & cap qui post votum de regul. in 6. Eo modo quo matrimonium de presenti, solvit sponsalia etiam iurata, de futuro, inquit Less. Lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 8.

Secundò. Quòd hoc privilegium obligat ad perseverantiam: aliàs enim si novitius egreditur, reviviscit prior voti obligatio, quia illa non tollitur, nisi favore religionis ad quam fuit ingressus, vnde si illam relinquit, reviviscit prior obligatio.

Tertiò. Quòd anno 1624. die 17. Decemb. S. Cardin. Congreg. de propaganda fide, censuit, vt in receptione novitiorum, semper aliquos admitterent regulares, ex nationibus, & linguis

(\*) Non debent recipi in Monasterijs, plures, quam ferat ratio Concil. 6. arelat. can. 8. Moguntin. celebratum ann. 813. can. 19. Rhemense 2. can. 27. Turon. 3. can. 31.

Aa alie-

CAPUT XIX.

Circa Novitios.

SVMMARIVM.

- 1. *Qui vovit unam religionem potest in alia recipi.*
- 2. *Si in ea non perseverat, reviviscit prioris voti obligatio.*
- 3. *Etiam mendicantes possunt recipi, in ordinibus non mendicantibus.*
- 4. *Regulares debent recipere novitios alterius lingue.*
- 5. *Deprecantes, aut volentes ingredi aliquem ordinem, possunt absolvi ab omnibus casibus & censuris 9. & seq.*
- 6. *Novitii possunt absolvi à suis casibus, sine revocantia, duabus viis.*
- 7. *1. Si non est opus remittere eos ad Papam & 14.*
- 8. *2. Si inter novitiatus interrupti, possunt reuniri ad faciendum annum integrum qui ad proficiendum requiritur.*
- 9. *Et quando censetur novitiatus interruptus.*
- 10. *De iure communi, & vbi Trid. fuit receptum, illa reuno partium novitiatus, potest fieri ad validandam professionem.*

REGIA  
 VLLARIVM  
 ET  
 VMENTARIA  
 REGILAS  
 CELLARIS  
 OSTOLICE

5 alienis, quos peracto studiorum cursu, remitteret ad suas patrias pro fide propaganda.

Impedientes vero quovis modo, eos qui volunt ingredi praedictam Congr. Cassin. aut ingressos ab ea retrahentes, excommunicantur per constitutiones Eugen. IV. & Alexand. VI. de quibus Margar. in suo bull. const. 58. & 59. Tambur. *tom. 1. de iur. abb. in fine* & Mirand. in *man. tom. 1. quest. 25. arr. 9.* Et similiter ex dispositione Triden. sess. 25. cap. 18. de regul. excommunicantur cogentes feminas ad ingrediendum monasterium, vel ingressas retrahentes. Egotamenputo necessarium esse sufficienter notificari eiusmodi decreta, ad hoc ut censura in iis lata incurrantur, eo modo per proportionem, quo in aliis materiis observamus.

7 Clem. VII. & Paul. III. concessere Camaldul. facultatem, recipiendi ad suum ordinem, etiam mendicantes: & post professionem, eos promovendi, ad quavis officia eiusdem sui ordinis, derogatis quibusvis iuribus contrariis B. quae incipit *Rationi congruit* impressa Romae cum regula Sancti Bened. & constitut. Iura vero contraria quibus hic derogatur sunt *clem. ut professores. de regul. & extray. viam ambrosiose. eod.*

8 Clem. IV. dedit facultatem Minoribus, & Eugen. IV. Cassin. absolvendi suos novitios, instar professorum, ab omnibus peccatis, & censuris ab his emergentibus, ad reincidentiam. Bullar. Cassinen. *constitut. 63.* & Casar. *v. absol. ord. quo ad frat. num. 4.*

9 Paul. vero III. concessit Societ. Iesu absolutionem volentium eam ingredi, & non ad reincidentiam, nisi quando non tam cito ingrediuntur B. quae incipit *Licet debitum.* Unde bene Suar. *lib. 2. de relig. quatenus sum praet. cap. 24.* & Vech. *in praet.*

novit. d. 9. dub. 25. inferunt hunc qui semper absolutus fuit, manere semper absolutum, modo bona fide sit ingressus, etiam si non perseveret. Et hoc Innocent. I V. favor minorum; Eugen. IV. & Celestin. favore Cisterc. voluere, & ut eorum novitii absolvantur, sine pena reincidentiae, modo bona fide ingrediantur. Roder. bull. 23. eiusd. innocenti. Compen. cisterc. v. absol. §. 1. & Celestin. succell. theol. mor. 17. 8. c. 14.

Item Sixt. IV. concessit Dominio, ut Priores possint dispensare cum novitiis qui in saeculo contraxerunt quam irregular. celebrando cum eis excommunicati, suspensi vel interdicti, vel in loco interdicto, vel recipiendo fines in talibus censuris, si sententiae latae generaliter. Quod si specialiter nominatim erant excommunicati, poterunt absolvi virtute alterius privilegii eiusdem Sixti Roder. *tom. 1. qq. reg. arr. 15.*

Nota novitios posse absolvi sine reincidentia, non tantum, per supra relata privilegia, sed etiam per alia data professoribus quorum iure veniunt in favorabilibus (ut alibi dixi) vel etiam tanquam saeculares.

Secundo. Quod Capuccin. in *ann. Casar. v. absol. extraord. quo ad frat. novitios.* refert Clem. VIII. per oraculum declarasse cuidam Patri bonaventurae ordinis procuratori, apud Sedem Apostol. novitium ligatum aliquo casu reservato Papae, mittendum esse Romam pro absolutione etiam si forte iam sit adusus. verum ego puto hoc oraculum non habere maiorem vim, quam respectu si magistralis, privati doctoris. Nam idem Clem. nihil de hoc dixit, in suis decretis pro reformatione regularium, immo nec in iis quae specialiter edidit pro institut.



ratione, & Confessionibus Novitiorū.  
 Et si alias novitius exponeretur pericu-  
 lo perendi suam vocationem, ac aliis  
 non paratis, ego puto (salvo meliori iu-  
 dicio) posse absolvi per immediatē relata  
 privilegia, seu per alia, & censendum  
 esse laborare impedimentum legitimo,  
 quod minus Romam mittatur, & præcipuè  
 quando jam est indutus.  
 Ill. M. concessit Minoribus ut partes  
 Novitatus, apud ipsos interrupti possint  
 renari, ad faciendum annum integrum,  
 quod professionem requiritur Rod. tom.  
 1. lib. 9. eiusd. Iulij & tomo 3. qq. reg. 15.  
 et. 1. Calar. v. Novitius num. 23. Graph.  
 lib. 3. de Regul. cap. 5. num. 18. & Aulon. in  
 Novitius. Interrumpitur autē No-  
 vitatus, quoties Novitius exit, animo  
 non redeundi, ut notant Panorm. An-  
 tic. & alij Canonistæ. cap. ad Apostolicam,  
 de Regul. & Suar. 10. 3. de relig. lib. 5. cap. 15.  
 Et quæcumq; tempus fluxerit inter exi-  
 tum & reditum, secundum eundem Suar.  
 Sed Less. lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 7. ad-  
 mittit in hoc parvitatem materiæ. Circa  
 quod Cancr. p. 3. var. cap. 11. num. 181. ait  
 ex Rebuff. & Alex. standum esse arbitrio  
 iudicis. Lapsus verò alleg. 47. solvens dif-  
 ficultatem, ait interrupti spatio trium  
 decim. Nald. v. Novitius. trium aut qua-  
 tuor. Unde ego infero, quòd in eorum  
 opinione, non interruptetur spatio  
 duorum, vel trium, ut vult Aulon. cit. Sed  
 magis quidem iudicio nec spatio quinque  
 aut sex, vel etiam unius hebdomadæ;  
 magis eor, quia continuitas aſi requiritur  
 in Novitatu, quòd suo modo spectet ad  
 probandam austeritatem Religionis, quæ  
 minus bene probatur, quando Novitia-  
 tus interruptitur, ut notat Fum. in ar-  
 bul. v. Novitius. numero 12. hoc autem fun-  
 damento posito: ego dico, quoad hoc,  
 ut ex discessu Novitij, censeatur inter-

ruptus Novitatus, tantum tempus debet  
 fluxisse, usque ad reditum, ut inde aufe-  
 ritatis labor, videatur iudicio prudentis  
 viri minui, & Religionem non sufficien-  
 ter probari, vir autem prudens, hoc non  
 iudicabit de lapsu quinque aut sex dierū,  
 vel unius hebdomadæ, cum interdū plus  
 temporis concedatur Novitijs, non ad  
 probandam Religionis austeritatem, sed 17  
 ad recreationem, & relaxationem suæ  
 probæ. Quin etiā Brix. Bernard. & Spe-  
 cul. in rubr. de Regul. Gloss. cap. eum qui. de  
 Reg. iur. in 6. & Alex. cons. 54. vol. 4. di-  
 cunt posse reconjungi partes Novitatus,  
 quantumcūq; temporis, inter ipsas flu-  
 xerit, modò ex illis unitis coalescat an-  
 nus integer, & non esse opus repetere  
 partem jam exolutam. Quod Rebuff. in  
 cap. postulasti. de Cler. exc. admittit, quando  
 reditur ad eundem ordinem, ut suppon-  
 unt Doctores citati. Addit Roder. ar.  
 8. cit. valere & habere locum, supra rela-  
 tum Privilegium, etiam in Provincijs,  
 in quibus receptum fuit Trid. quia illud  
 non exigit ad validitatem Professionis,  
 nisi ut annus sit integer, nec dicit debere  
 esse continuum. Quamvis Villalob. con-  
 trarium teneat, & dicat in contingentia  
 casus, Romā ita decidisse. Sed fortè inter-  
 ruptio fuerat major quàm ut partes po-  
 tuerint moraliter conjungi, ad compo-  
 nendum, annum integrum, aut fuit tan-  
 tum motivum, & causa impulsiva, ad ob-  
 tinendam facilius dispensationem.

Pius V. concessit Dominican. ut mo-  
 niales infirmæ, de quarum salute despe-  
 rat Medicus, possint Professionē facere,  
 etiam si fortè, necdum Novitatum ab-  
 solverint. Bul. quæ incipit. Summi Sacer-  
 dotij. Quam inter alios refert Margar. in  
 suo bull. const. 363. An autē aliquis sic pro-  
 fessus indigeat nova Professione casu  
 quo convalescat. Garc. p. 11. capit. 9. n. 6.

REGIA  
 BIBLIOTHECA  
 VINCENZIANA  
 REGILAS  
 CELLARIS  
 HISTORICA



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN



Abbat n. 6. & Dian. to. II. tract. 4. ref. 6. ad Novitios favorabiliter, & probabiliter bene dispositionem extendunt. Et ita dicitur in cap. cit. Abbates, quod non tollitur per Trident. quia Trid. non abrogat prius scriptum, sed Privilegia tantum. De Clericis verò Sæcularibus, an possint ab alio Abbate ordinari, distinguendum inter jus antiquum, & novum Tridentini, nam jure antiquo, poterant Abbates ordinare Clericos sibi subditos, vel alienos cum dimissorijs proprii ordinarij, ut docent Armil. v. Abbas. num. 6. Angel. v. Ordo. 2. in sum. Sylv. eod. v. 3. & alij plures, apud ipsos. Jure verò novo sensus est, quia Concilium Trid. restringit hanc potestatem ad subditos ipsorum Abbatum, non quoscunque sed Regulares, unde quia quod possunt Abbates, quoad collationem Ordinum, hoc solum possunt ex Privilegio, & prout se extendit, vel restringit Privilegium, ideò attento quòd Privilegium restrictum fuit ad subditos ipsorum Regulares, dicendum est hinc tantum jam posse eos ordinare, non autem Clericos Sæculares, licet sibi subditos. Ita Nald. v. Abbas. n. 3. Campanil. in decret. Tur. can. rubr. 5. cap. 2. & Seraphin. p. decis. 987. ubi ita à Rota decisum affirmat. Unde refert Marsil. in not. ad cap. 20. Trid. cit. Quòd cum quidam Abbas Cassinensis ordinasset unum Clericum subditum S. Cardin. Congreg. declarasse eum indigere dispensatione. Addit Nald. loco supracit. ex alia declaratione ejusdem S. Congreg. nec etiam dimissorias posse dare Abbates, ejusmodi Clericos sibi subditis.

Attamen ego contrarium teneo, & posse Abbates ordinare Clericos sibi subditos. Ita Marchin. de sacr. ord. p. 1. tract. 2. cap. 10. ubi ait id eos posse etiam absq; declaratione quia Abbates habentes Cle-

ricos subditos æquiparantur Episcopis, & de hoc extat declaratio S. Card. Congreg. de anno 1572. sub die 11. April. quàm inter alios refert Margar. in suo bul. lar. const. 200. Ipsaque eadè S. Congreg. plenius informata de juribus Reverendiss. Domini mei Cassinensis, & prerogativis sui Monasterij, judicavit recedendum esse à priori decreto, ac liberam ei reliquit suorum Clericorum ordinationem. Addit Thom. Sanch. to. 2. opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 19. posse Abbates ordinare etiam alienos Clericos cum dimissorijs sui Ordinarij etiam ubi Trident. fuit receptum. Tum quia hoc, jure antiquo illis conceditur, Concilium autem non derogat juri scripto, sed solum privilegij; tum quia conceditur illis à Concilio Generali nempe à 7. Sinodo cap. 14. de quo in cap. quoniam d. 69. non derogatur autem tam facile Concilio Generali, sed solum cum expressa specificatione, quod non fecit Tridentinum.

De Regularibus verò alterius ordinis, & non subditis Abbatibus, an possint ab eis ordinari, distinguendum est, ut de Clericis, inter jus antiquum, & novum. Nam jure antiquo poterant cum licentia sui ipsorum superioris, ut docent Gloss. cap. cit. quoniam. Host. Joan. Andr. & Dominic. de S. Gemin. cap. Abbates de privil. in 6. Armil. Graph. Sayr. Majol. Tambur. & plures alij. At jure novo, ex declaratione S. Card. Congreg. quàm refert Farinac. 4. p. decis. posth. 57. oportet, ut cum dimissorijs superioris accedat consensus Ordinarij, & ita ob dictam declarationem tenent Laym. loc. supra cit. & Cappuc. in annor. ad Casar. v. ordin. sacri Unde Marfill. in cap. 10. Trid. cit. refert quemdam Abbatem Oliveranum, fuisse à dicta S. Congr. reprehensum, quòd quosdam fratres Ordinis S. August. ordinasset, cum solis dimiss.

LEGIA  
 VEARUM  
 ET  
 VMENTARIA  
 REGILAS  
 CELLARUS  
 STOLICE

missorijis superioris illorum, & irrequilito consensu Episcopi. Et sic aliquid diversum habemus in hac materia pro Clericis Secularibus, & pro Regularibus, nā illi nullo modo possunt ordinari ab Abbatibus, ut vidimus supra, isti verò sic, modò accedat consensus Episcopi; verum quia hæc alteratio juris seu privilegij inducta est maximè per S. Congreg. quam videmus interdum variasse in suis declarationibus, ideò sicut illis non obstantibus dixi superius, posse Abbates ordinare Clericos, ita nunc ego idem dico de Regularibus, & illum consensum ordinariorum, non esse requirendum nisi de honestate, & ad pacem respectivè servandam, hoc insuper addito, quod non benè constat, an S. Congreg. habeat potestatem edendi declarationes derogativas privilegiorum, & juris scripti correctivas.

- 7 Innocent. VIII. concessit Abbati Cisterci. & quatuor ejus coabbatibus, ut ipse Cisterciensis, omnibus Ordinibus sui Monachis, coabbates verò suis proprijs, possint conferre ordinem Subdiaconatus, & diaconatus. B. quæ incipit. *Exposcit tue*. expedita an. 1489. ubi.
- 8 Nota D. Tho. in 4. d. 25. quest. 1. a. 1 ad 3. Sylv. v. ordo 3. n. 7. Covarr. 1. var. cap. 10. n. 10. Fornar. in addit. ad sum. vol. c. 5. de ord. & paucos nonnullos alios, tenere nō posse Papam hoc concedere, unde & Coninch d. 20. de sacr. ord. dub. 9. concl. 4. huic opinioni inclinatus, revocat in dubium, an verè dictus Inocent. concesserit. At tamen ejus meminere Chryf. Henriq. in comp. privil. ord. Cist. n. 12. Lamas. in meth. p. 4. c. 3. §. 5. Malach. Rosenth. in act. p. 10. recuper. mon. ord. Cist. in Hungar. p. 1. cap. 6. Cruz. in epit. privil. lib. 2. c. 8. Navarr. lib. 25. cons. 13. de privil. Major Rodriq. Isamb. Sossaius, & Marchin. de sacr. ord. tract. 1. p. 2. cap. 13. ubi dicit, se tenorem excepisse ex libro privilegiorum Cisterci. & ibi esse ordine 121. Roder. tom. 1. ubi ad longum eundem tenorem concessionis refert, & Margar. in bullar. Cassin. const. 43. ubi similiter tenorem ponit ex integro. Quin & storia de sacr. n. 235. alijs 245. & Cassin. tract. 7. c. 3. prop. 4. affirmant, se ipsa originale vidisse. Addit Tambur. in iur. abb. d. 2. q. 6. probabiliter confirmari Patribus Tridentini, de hoc privilegio & ideò nec illud eos subrogasse, sciebant potuisse Papam illud dare. de ibi ipse Marchin. supracit. Bapt. T. in instr. ordin. cap. 6. quest. 36. & in reg. S. Bened. cap. 62. n. 1626. affirmat adhuc valere, etiam in Provincijs, in quibus Trident. fuit receptum, quia inveniuntur clausule non obstantibus in locis, in quibus videtur illi derogatum tamè esse necessarium. Ac deinde de praxi testantur Cassahing. & Crumuel supracitati. Et addunt Crumuel & Cassahing. derivari ad alios Abbates legem communicationis: quod probè dicit Rosenthal. Ex quibus omnibus inferas cum Tambur. opinionem nunchi revocantis in dubium, dictum privilegium, parvi esse ponderis, cum multis, & tam gravibus Autoribus getur, & defendatur. Quantum verò ad aliam D. Tho. Resp. cum fuisse hæc materia particularem, ut in quibusdā alijs. Quin & Autor supplementi 3. p. 1. tit. ejus summæ, aliter & nobiscum tenent unde ego colligo ipsam D. Tho. tenent se, & idem tenuisse post editos commentarios in magistr.
- Et certè quòd simplex Sacerdos, in concessionem Papæ, possit conferre ordines affirmant de Minoribus, Pallud. d. 7. quest. 4. a. 2. Steph. de Gaeta. cap. 1. in fine.

Papæ. Nec dicas hunc modum arguendū non esse legitimum, quia præterquam quod illa particula, & expressio *Ordinarius* esset superflua in prædicto decreto (quod tamen iura abhorrent) etiam Bellarm. qui tam dilucidè omnes fidei controversias extricavit; eodem discursu usus est in lib. 4. de Rom. Pont. cap. 10. ad probandum, posse simplicem Sacerdotem, ex delegatione Papæ administrare Sacramentum confirmationis, nempe (inquit) quia idem Florent. & postea Tridentin. declaravit, Episcopum esse huius Sacramenti ministrū ordinariū; unde ille infert quod si datur ordinarius, datur etiam extraordinarius, nempe simplex sacerdos. Quod idem ego dico, de sacramento Ordinis. Neq; ego video quo fundamento dicatur posse Papam dare privilegium, ad conferendos Ordines Minores, non verò maiores, cum omnes in Sacramenti & Ordinis ratione conveniant, imprimant caracterem, habeant pro sua natura respectum ad Corpus Christi conficiendum, & locum in Hierarchia Ecclesiastica; illa verò distinctio, qua aliqui appellunt maiores, & minores, sacri vel non sacri, non sit nisi ex beneplacito Ecclesiæ.

Quin etiam Gloss. in cap. pervenit. d. 95. 13 & cap. manus d. 5. de cons. Innocent. Panor. Archid. in cap. quanto. de consuet. Angel. v. ordo 2. Lochamyer. in parochiali cap. 9. & Marchin. cit. generaliter docent posse unumquemq; cum commissione Papæ, conferre ordines quos habet Diaconus, Diaconatum, Sacerdos Sacerdotium &c. quibus ego subscribo. Et fortè illi omnes qui privilegium Innocentianum agnoscunt, & alij in superioribus citati, ideo dicunt posse Abbates, ex delegatione Papæ ordinare diaconos, nempe quia ipsi jam sunt Diaconi, attento quod benedictio

nozem  
rum  
om.  
orem  
ur. in  
liter  
Quin  
& Caff  
se ip  
our. in  
r conf  
privile  
alle, q  
d dicit  
Bapt. in  
& Cam  
5. affir  
cijs, in  
quia in  
tantum  
derog  
Ac dem  
& C  
Cru  
bbates  
od prob  
s omni  
onem  
dicit  
cum a  
ribus  
m verò  
isse ha  
quibus  
enti p  
rum  
o. mul  
com  
erdos  
erre  
allod.  
era. cap  
minim

Enst. l. 30. quest. 1. §. 3. Mirand. in man.  
1.1. quest. 39. a. 9. Zerol. in praxi v. Abbas.  
Mull. in annot. ad c. 10. Trid. cit. Et ibi ita  
cederent S. Card. Congreg. hocque ag-  
nolite D. Thom. *supra cit.* Nec à quoquam  
revocari in dubium (quod sciam.)  
De Subdiaconatu: affirmant Tur-  
ma. annot. ad Concil. Nicen. c. 54. Suar.  
in d. 1. am. sect. 3. §. Solum possit. Victor.  
l. 1. Ecl. quest. 24. Fornar. de sacr.  
1.1. Et alij apud Valsch. d. 243. c. 4. Om-  
neque infractandi, & supracit. qui pri-  
legium Innocentianum recipiunt. Quod  
ine probat. Marchin. tract. 1. de sacr. ord.  
1.1. cap. 13. nu. 4. & seq. & ita Gelaf. 1. in  
1.1. d. 1. decretali. cap. 8. discretè asserit  
verbis, nec sibi meminerint, vlla ratione  
pocedi (puta sacerdotes simplices) sine  
sumo Pontifice, Subdiaconum, aut Acolytum,  
sacris ordinandi. Ac demum nostris his  
temporibus factò ostèdit Innocent. X. qui  
gratiam de novo, ad Subdiaconos  
ordinandos concessit Reverend. Domino  
Poliski, moderno Abbati Copriuni-  
ensi. Ordin. Cisterciens. in Polonia.  
De Diaconatu affirmant item omnes,  
supradictum privilegium, habent pro  
regimo, & inspecie Gloss. cap. pervenit.  
Panor. cap. quanto. de consuet. Angel.  
in d. secundo. Vivald. in cand. de sacram.  
1.1. de ministro. §. 8. Supplem. Gabriel.  
in d. 25. q. 1. a. 3. Marchin. *supra cit.* cap.  
13. alij infractandi.  
Demum de Sacerdotio Aureol. apud  
Coptol. d. 25. cit. quest. 1. a. 2. Marchin.  
& Valsch. *supra cit.* Calsp. Hurt. diff. 8. de  
1.1. et. Et quos ibi citat Occhagau. &  
Pezet. Et ita satis clarè insinuavit Conc.  
Ebor. cum in instructione Armen. dixit Epi-  
scopum esse ordinariū ministrum Sac-  
ramenti Ordinis, nam per hoc ostendit,  
quod esse extraordinariū, nēpe  
simplicem Sacerdotem, ex concessione

REGIA  
CLARVM  
ET  
VENTARIA  
REGILAS  
CELLARIS  
STOLICE  
8

dictio Abbatis, nihil eis tribuat per respectum ad Ordines conferendos.

## §. II.

## De Ordinum receptione.

## S V M M A R I V M

- 1 Regulares possunt accipere ordines, à quo Episcopo maluerint.
- 2 Super quo sunt varia declarationes.
- 3 Regulares possunt invitare ad sua monasteria, quem maluerint Episcopum à quo ordinentur.
- 4 Prælati regul. possunt dispensare cum suis in investituris.
- 5 Et ad hoc ut ascendant ad superiores, etiam si minus legitime priores susceperint.  
Et in quibusdam impedimentis ibid.
- 6 Regul. poss. ut ordinari extra tempora.
- 7 Et plures sacros ordines eodem die recipere.
- 8 Regular. possunt ordinari ante aetatem, iure requisitam & 9.
- 10 Hoc privilegium revocatum putant aliqui.
- 12 Et non habere locum nisi respectu illius qui bona fide fuit ordinatus, ut cum illo dispensatur.
- 13 Sed valere in suis terminis affirmant alii.
- 14 Nullum Concilium, reuocat privilegia Cassin.
- 15 Privilegia regular. de recipiendis ordinibus, extenduntur ad novitios.

1 Clem. VII. & Paul. III. concessit Camaldul. Idem Paul. & Gregor. XIII. Societ. Iesu Eugen. IV. Alij; plures Pontifices Cassinensibus, facultatem recipiendi ordines à quocumq; maluerint Episcopo, gratiam & commun. Sedis Apost. habente. Verùm S. Congreg. moderata privilegium, declaravit Regulares ordinandos, esse mittendos ad ordinarium loci, in quo habent monasterium, nisi fortè ille non sit habiturus ordinationes, quo casu, hoc erit in obe-

dientialibus exprimendum. Quod decretum deinde Clem. VIII. anno 1596. die 15. Maij confirmavit, ac mandavit ab omnibus regularium Prælatibus servari, inter alios meminit Capuc. in annot. ad Clem. v. ordines sacri. Sed Bauny in pract. cap. 1. cap. 5. dicit eò non teneri regulares, quia licet sit approbatum à Papa, si tamen simpliciter Cardinalium, qui non sunt derogare privilegij, & de facti praxi non servatur.

Eugen. IV. concessit Cassin. per B. incipit: Regularem vitam. Clem. VIII. Paul. III. Camaldul. B. quæ incipit: rioni congruit. Et Sixt. IV. Minorum oraculum ut possint vocare ad sua monasteria, quemcumq; maluerint Episcopum, à quo statutis ab Ecclesia temporibus, sui fratres ordinentur. Circa nota aliquos velle revocari Trident. cap. 5. de ref. ubi prohibentur Episcopi exercere pontificalia in alterius diocesi. Non revocari tamen affirmant B. in remiss. ad cap. 8. sess. 23. eiusd. Trident. to. 3. q. 99. reg. 24. a. primo. Et quem Gregor. S. Passar. Quibus ego subscribo, tum alias rationes alibi dicendas, tum non exercet pontificalia in aliena diocesi qui in monasterio exempto, qualis regularium.

Clem. VIII. concessit Gregor. Joann. Bapt. Ordin. S. Bened. in L. Gregor. XIII. Societ. Iesu facultatem pensandi cum suis in interstitijs, Cap. Bullar. Bull. 24. Compend. Societ. v. ordines §. 3. Porro v. Gasp. Hurt. diff. 23. de ordin. Mar. tract. 3. c. S. tamen Cardin. Congregat. derogando privilegio declarato dispensationem interstitiorum, dicit esse regularibus, non à suo ipsorum superiore, sed ab Episcopo ordinario, qui tamen quoad causam teneatur



casus sit occultus. Et licet Pius V. restituerit regularibus, privilegia à Trid. suppressa, illa tamen restitutio, non est, nisi pro foro interiori, quæ hîc non potest servare quia quando aliquis est ordinandus, debet eius superior testari de eius ætate apud Episcopum, & sic in foro exteriori, pro quo nihil fuit restitutum à Pio.

11 His & alijs moti Sayr. *lib. 7. de censur. cap. 12* Marthin. *tract. 1. de sacram. ord. p. 5. cap. 2.* Hurtad. *supracit.* & alij putant omnino, cessare privilegia supra relata; & eorum usum jam esse omnino illicitum.

12 nili (inquit Hurt.) in hoc quod si aliquis bona fide, fuit ordinatus, ante ætatem, poterit eius Prælati cum illo dispensare ad hoc ut ante complementum ætatis exerceat ordinem sic susceptum.

13 Sed Christophor. à cap. Font. *supracit.* Valsch *to 3. in 3. par. d. 240. cap. 4.* Sà v. *religiosu* Diana *tract. 2. dub. reg. ref. 59* Chass. & alij, quorû opinionem probabilem putat Bauny *in theol. mor. tractat. de penit. quest. 13. dub. 4.* absolute affirmant valere adhuc dicta privilegia, sine distinctione, & in suis terminis, fuisseq; reparata per supramemoratam restitutionem Pij V. Ad instantiam verò in contrarium allatam. Respondeo prælatum ordinandi debere quidem testari de eius ætate, non tamen esse opus, ut testetur, seu exprimat, an sit legitima, secundum Trident. vel secundum privilegia, & multo minus ut dispense cum ipso in ætate per respectu ad forum exteriori, quia Papa ipse censetur dispensare per privilegiu. Imò potest dici nullam hîc intervenire dispensationem, nam determinare ætatem in qua recipiantur ordines, spectat ad Papam, aut Concilium, sicut autem Concilium pro cæteris fidelibus determinavit annum 25. ad Sacerdotium, ita Papa

pro Regularibus 22. qui dum in hac ætate ordinabuntur, non dicentur uti dispensatione sed jure pro se constituto, si quidem privilegia habent vim legis respectu privilegiati. Ad motum Sixti Respond. servanda esse constituta à Trident. nisi adsint privilegia, quæ aliter permittant. Ad id verò quod dicitur non minem posse in illis dispensare. Respondeo hanc clausulam intelligendam esse de panis appositis, quæ supponunt reatum qui tamen hîc non potest supponi caper privilegia excludatur. Ut interea non taceam, quod Garcias *in tract. de nef. p. 2. cap. 5. nu. 70.* & Barbof *de pot. ep. leg. 20.* affirmant motum illum Sixti revocatum. Et secundò extare privilegium pro Castin. de quo in Bullar. Gar. *const. 61.* & nos *in sect. seq. quo dicitur nulla eorum privilegia ab illi turo Concilio fore revocanda, & sic quæ admodum revocationes Trident. non efficiunt, sic nec motus Sixti respicit. Atq; hinc concludendo ego censeo utramq; opinionem esse probabilem.*

Porro quia Novitij veniunt non solum Professorum, in favorabilibus, & omnibus eorum privilegijs gaudent, sicut in præced. §. dixi, eos posse à suis superioribus ordinari, ita nunc dico, posse illis recipere dimissiones & obedientias ad sacerdotium ut docent Suar. *to. 3. Rel. lib. 5. cap. 16.* Barbof. *de iur. pont. lib. 6. cap. 10.* Aut dispensationem, ad hoc extra tempora ordinentur, secundum Thom. Hurt. *to. 1. var. 12. cap. 1. ref. 32.* Ita de Soria *in epil. Sum. p. 2. tr. 1. sect. 1. d. 9.* Martin. à Sancto Ioseph. *in monit. confess. 1. lib. 1. tract. 5. de ordin. Dian. 1. tract. 4. ref. 6.* Suar. & alios. Idem per



Honor. III. concessit Dominican. ut Generalis possit dispensare cū suis qui indebitè Ordines suscepere, ad hoc ut in eis maneat, & eos exercent. Can. nart. in summar. privil. minor.

Eugen. IV. concessit Hieronimitan. 2 ut frater qui in via confititur in aliquod impedimentū incidit, ob quod prohibetur à Divinorum participatione, possit sibi eligere Confessarium, à quo accipiat dispensationem sibi necessariam. Capuccin, in annot. ad Casar. ver. absol. ord. quo ad frat.

Item per privilegium Cassin. de quo 3 in Bullar. Margar. Regularis qui contraxit irregularitatem, exercendo ordines in loco interdicto, vel cū esset aliqua censura ligatus, potest absolvi toties quoties, circa quod vide dicta ubi de Confess. pass.

Item sicut Prælatis Regularium pos- 4 sunt cum eis dispensare in omni irregularitate, seu impedimento, per quod prohibentur ascendere ad ordines (ut ibi plenius dixi) ita à fortiori in omni eo, per quod possent prohiberi ab eorum exercitio. Ratio est, quia quando defectus est talis, ut solus Papa dispenset cum ordinando, potest Episcopus dispensare cum jam ordinato, ut docent Innocent. cap. cū de tuo de corp. vitiat. Et Angel. ac Sylv. in sum. eod. v. At quantum ad dispensationes. Eugen. IV. concessit Prælatis Cassinens. erga suos eam omnem potestatem, quam in eos haberent Episcopi, si non essent exempti const. 63. & 64. in Bullar. Margar. Et similiter Pius V. concessit Prælatis Dominican. in suos eam quam Trident. sess. 24. cap. 6. de ref. attribuit Episcopis B. quæ incipit Romani Pontificis, expedita ann. 1571. die 21. Jul.

Ex quibus collige primò quòd sicut 5 Episcopus potest declarare, an casus

Bb 2 indi

S. III.

De Ordinum Exercitio.

SUMMARIUM.

1 Prælatus Regul. potest dispensare cum eo qui indebitè ordinem aliquem suscepit, ut illum exerceat.

2 Regularis qui in via contraxit impedimentum, potest eligere confessarium, à quo dispensationem accipiat.

3 Regularis qui contraxit aliquam censuram exercendo ordines, potest in ea absolvi à suo Prælato.

4 Prælatis Regul. possunt dispensare cum suis in omni impedimento, ut ad ordines ascendant, & declarare an eorum casus indigeant dispensatione.

5 Prælatus Regul. potest dare licentiam tenendi populum in Missa.

6 In varia sententia DD.

7 Prælatus Regul. potest dispensare cum ijs, qui ad certum certos patiuntur, ut ijs non obstantibus celebrent & seq.

8 Vbi de lusco, claudio, gibboso, infami, &c.

REGIA  
BIBLIOTHECA  
MURANENSIS  
ET  
MUSEUM  
REGULAS  
CELLARUM  
ISTOLICE



indigeat dispensatione, vel in dubio ipse dispensare, ut docent Innocent. & communiter alij in *cap. 1. de corp. vitiat.* Ita respectu Regularium, idem possunt eorum Prælatis, tum jure communi, quia sunt eorum Episcopi, tum per dicta privilegia Eugen. IV. & Pii V. Et ita tenent Angel. & Tabien. in *sum. v. corp. vitiat.* Et

6 secundò posse item Prælatos dispensare cum suis in diversis casibus, ut cum eo qui habet in membris aliquam disproportionem, unde generatur diffornitas. sed non adeo gravis, cum gibboso, claudo, portante pedem ligneum; carente altero oculo, vel cui membrum sive occultum, sive manifestum fuit abscissum sine sua culpa, & suspitione homicidij, vel cum calvo, ad hoc ut pileolum in altari retineat, &c. ita Angel. & Armil. v. *corpore vitiat.* Portel. v. *dispensare. numer. 5.* Roderic. to. 1. *qq. reg. 24. a. 3.* Mirand. in *man. to 2. quest. 8. a. 3.* Laym. in *theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 6. n. 16.* Suar. Sà Scortia. Et alij nota tamen circa facultatem celebrandi cum pileolo. S. Cardin. Congreg. declarasse, usque tertio eam non posse dari, nisi à Sanctissimo, (etiam si infirmus, eo usus sit solum extra canonem) ut refert Barbof. de *offic. & pot. par. cap. 1. numer. 36.* & Cavant. in *rubr. missal. ad quod facit cap. nullus 57. d. 1. de consec.* Verùm, quia privilegia Regularium sunt à Papa, ideo dici debent de eius licentia portare pileolum in missa, qui sui Superioris Ad dunt primò Afor. p. 1. *inst. lib. 10. cap. 28. quest. 16.* Zerol. in *pra. v. missa.* Laym. *lib. 5. tract. 4. cap. 6.* Fagund. de *præcep. eccl. p. 1. lib. 3. cap. 21.* Bauny in *theol. mor. tract. 10. quest. 10.* Sà v. *missa* posse Episcopum non obstantibus illis declarationibus concedere usum pileoli in missa, quia esset nimis durum, pro hoc uno negotio, Sacerdotem mittere ad Sanctissimum, quæ opi-

nio & ratio, si admittatur, idem dicendū erit de Prælatis regularibus respectu suorum, & seclusis privilegijs. Ad idem secundò Scortia de *factif. miss. lib. 3. cap. 1.* Zerol. Laym. Sà, & alij *supra cit.* id licitum etiam sine dispensatione, quando necessitas est clara. Et talis necessitas est, ob senium, calvitiam, vel morbum, ait Henriq. *lib. 9. cap. 26. litt. Q.* ubi hoc citat Angel. Sylv. Tabien. & Armil. caput verò nullus *supra cit.* explicat de eo qui sine causa, & temerè tenent opusculum. Addit tertio Navar. *lib. 3. cap. 7. de cel. miss. jure communi non esse prohibitum, celebrare capite recto armis, quia ille est ornamentum capitis, ut ter ex oratione quæ dicitur in illius sumptione, atque ideo sic esse licitum celebrare, quando non subest scandalum verbi gratià in Oratorio privato.* Quòd si hoc admittitur, forte etiam sub amictu licebit pileolum, vel aliquid retinere, fovendo capiti, eo modo quo sub alba retinentur alia vestimenta tamen Zachar. Papæ in *Con Romano Ann. 743.* celebrato prohibetur celebrare *capite velato,* quod refertur in *cap. nullus Episcopus. d. 1. consecr.* unde ego miror Navar. non fuisse ejus recordatum. Nota secundò de gibboso quòd licet ber nō multum eminent, non est opus dispensatione unde sicut potest admitti recipiendos Ordines, ita à fortiori ad exercendos secundum Cardin. & DD. *hinc etiam. d. 49.* Tertio. De claudo verò, sicut solum ter permittitur Ordines recipere ex juris dispositione, ita & exercere *disciplina. cap. 4. capit. si quis. d. 55. capit. 1. de cons. Gloss. cap. cit. p. 1.* Archid. & Hofst. eodem Selua in *tract. de benef. par. 3. quest. 5.* Angel. Sylv. Armil.

Armill. v. corp. vitiati. fallit tamen, si talis  
non possit se in altari sustentare sine ba-  
culo. Per capit. nullus Episcopus. 56. dist. 1.  
lib. 3. c. 1.  
De illo autem, qui habet pedem lig-  
natum, licet non possit admitti ad ordi-  
nes, si tamen postea cogatur tali pede uti,  
potest cum illo Episcopus dispensare, se-  
cundum Angel. & Armil. supra cit. &  
Sylv. cod. v. ubi ad hoc allegat Host. &  
Alieni. Idemque per proportionem dico  
de Prælato regul. respectu sui inferioris.  
Quartò. De illo qui caret, oculo Ar-  
mill. in cap. si Evangelica d. 55. Armill. &  
Sylv. absque discrimine arcent cum à sa-  
cros Altaribus. Alij tamen magis commu-  
niter, non tenent hunc rigorem, nisi re-  
spectu illius, qui caret oculo sinistro, què  
vocant Canonis. Imò Navarr. in man.  
cap. 17. num. 199. & Portel. v. dispensare  
num. 5. nec absolutè hunc condemnant,  
sed volunt, ut attendatur ad indecenti-  
am exhibet, dum legit in Missali ut  
cum illo dispensetur, si est exigua. Sub-  
scribit Auson. in sum. v. Prælati regul.  
num. 17. ubi allegato Laymanno, ait dis-  
pensandum esse, quando habet oculum  
sanctum, ita vigorosam, ut accommo-  
dati Missali possit sine notabili, & inde-  
centi conversione, in illo legere, & ita  
penam obtinuit, contra dispositionem  
cap. citat. si Evangelica. Quòd si quis non  
quidem caret oculo, sed potentiam visi-  
viam habet impeditam, loquendum est  
per proportionem ad prædicta, & atten-  
dendum, vel quam deformitatem illa pri-  
vatio pariat in ejus vultu, vel quam ipse  
indecentiam exhibeat in legendo per c.  
2. de corp. vitiati. Ita Navarr. num. 199. ci-  
tat. & Lud. Molin. tom. 4. de iust. tr. 3.  
d. 70.  
Maior est difficultas de infamia, an  
possit Prælati cum suo inferiori in ea

dispensare. Ad quod Respond. quòd si-  
cut accessoriè Episcopus dispensat in in-  
famia resultante ex delicto, à quo potest  
absolvere. ut ait Gloss. cap. domino d. 50.  
& cap. Euphemium §. 1. 2. 9. 3. ita & Præla-  
tus Regularis, unde cum possit suos ab-  
solvere à quovis delicto, ita & ab omni  
nota infamia. Ad quod ex abundantia  
extant privilegia, de quibus suo loco, &  
ita tenet Peyrin. to. 3. in privil. sui ord. mi-  
nimos cap. 2. Quòd verò Roder. in to. 1. qq.  
reg. 24. ar. 6. & Portel. v. dispensare. n. 6.  
negativam tenent, & non posse reum dis-  
pensari à suo Prælato, quando notatus est  
infamia juris & legitime condemnatus,  
ac præcipuè si ob crimen nefandum, ego  
intelligo de quadam decentia, neq; enim  
expedit dispensare, quando crimen est  
adhuc nimis recens, & non bene delecta  
nota ab illo contracta per penitentiam  
& vitam sanctiorem &c.

## CAPUT XXI.

## Circa præcedentiam.

## SUMMARIUM.

- 1 Circa præcedentiam oportet servare locorum  
consuetudines, vel debet haberi respectus ad  
prioritatem originis.
- 2 Vel ad possessionem.
- 3 Vel ad id quod fit Romæ.
- 4 Clerus Sæcularis præcedit Regulares.
- 5 Fallit in quibusdam casibus & personis.
- 6 Inter Regulares præcedunt non Mendicantes.
- 7 Et hoc titulo eos præcedunt Fulenses.
- 8 Et Sylvestrini.
- 9 Inter Ordines Mendicantes, præcedunt quatuor  
antiquiores.
- 10 Et inter hos Dominicani.
- 11 In ordine sancti Francisci præcedunt, qui sunt de  
Obscr.
- 12 Et Capuccini tenent novissimum locum.

- 13 Canonici Later. præcedunt Ordinem Monachales.  
 14 Abbates verò ipsorum sibi respectivè cedunt pro ratione temporis sive promotionis.  
 15 Canonici Regul. & Monachi non debent admitti simul ad actus publicos.  
 16 Abbates præcedunt simplicem Canonicum, vel Monachum.  
 17 Lateranenses præcedunt Cassinenses gratiâ potius, quàm Iure.  
 18 Sententia Lateranensium contra Cassin. non respicit alias Congregationes.  
 19 Neque alios Canonicos.  
 20 Tractatur difficultas an generaliter omnes Augustiniani debeant præcedere Benedictinos.  
 21 Antiquitas Relig. unde & quomodo computanda.  
 22 Inter Civitates cuiusque loci habetur ratio eorum receptionis.  
 23 Canonici Augustin. non possunt dicere, se æquè antiquos ac S. Augustinus nec ab eo suam originem derivare.  
 24 Etiam si aliqui Ordines servent regulam alicuius Beati, non sequitur esse semper ab illo institutos aut æquè antiquos.  
 25 Congregationum sunt duo genera quarum aliqua habent simplex nomen congreg. aliæ sunt ordines subalterni & quare.  
 26 Dignitas alicuius Ecclesiæ ex quibus capitibus æstimand.  
 27 August. non possunt hoc titulo petere præcedentiam ibid. Neque titulo Præscriptionis. ibid. Neque privilegii ullius. ibid. Neque maiorum meritorum ib. Solum Canonici Ecclesiæ cathedr. sunt in dignitate. Alij reputantur tanquam Clerici Et hoc titulo non competit Augustin. jus præcedentiæ. ibid. & seq. Quando due qualitates sunt in uno subiecto, una debet determinari ab altera. ibid.  
 28 Omnes Papæ Concessionem intelliguntur salvo jure alieno.  
 29 Ex maiori titulo non potest semper argui jus ad præcedentiam.  
 Neque ex qualitate habitus.  
 30 Rochetus æstimatur quia proprius habitus Episcopi.

pi. per se autem non reddit personas in honore dignas.

31 Rocheti quando institutus usus. Et eo nondum habile unquam usum S. August. nec fuisse Ordinis habitum. ibid.

32 Lis inter duos Augustinianos de suo habito iudicium unius rustici 33.

34 Inter Ordines Monasticos præcedunt Benedictini & inter eos Nigri ibid.

35 Alii verò pro ratione antiquitatis.

36 Omnibus Monachis præstet Abbas Cassin. Post Abbatem vero Cassin. immediate habere debet Abbas Augustin. ibid.

38 Reformati habent præcedentiam, & præmia, quibus gaudebat prius suum Monasterium.

39 Quando in eadem Civitate sunt præsentia utriusque Ordinis, cedunt sibi respectivè ratione antiquitatis fund.

**C**UM Ecclesia dicatur terribilis castrorum acies ordinata, non solum denotatur diversas in ea esse personarum phalanges, sed etiam inter eas ordines reperiri, secundum quem alia præcedere debeant, & alia sublequi. Pro maiori claritate ego divido totum hæc Ecclesiasticum in Clerum sæcularem Ordines regulares: qui sunt vel Mendicantium, vel non Mendicantium. distinguuntur in Canonicos regulares Monachos; illi in Mendicantes præ gradus & secundi, seu antiquos & recentiores illis adnumeratos.

Hoc posito: in hac materia præcedentia Cardin. & Bald. in cap. cum olim. de Monachis Et Chopin. lib. 2. mon. tit. ult. volum. inter diversa corpora personarum vetur consuetudo locorum: vel ut beatur ratio prioritatis originis. Et tunc Greg. XIII. hanc Regulam approbavit se in sua const. quæ incipit. Explicat dato an. 1583. die 15. Jul. In qua præbendicantibus decernit, hos præcedere re, qui sunt in possessione vel quali-

non constat hos, qui sunt antiquo  
 res loco. S. verò Cardin. Congregat.  
 20. 1599, die 30. Aug. declaravit, ubi vis  
 servatum id observandum quod Romæ.  
 Quid verò servetur Romæ, non ex-  
 prelo, sed satis datur intelligendum, ser-  
 vari constitutionem Greg. XIII. nempe  
 de præcedentia: aut propter anti-  
 quum: aut propter jus quæsitum: aut  
 propter consuetudinem vel maximè que  
 & non introducit & declarat Vnde Tamb.  
 in d. de iur. Abb. d. 25. quæst. 2. optimè no-  
 tandum, quod iudicium de præcedentia ma-  
 xime pendet à consuetudine.  
 Regulariter autem Clerus sæcularis  
 præcedit quocúmque Regulares, ut do-  
 cet Ioan. Andr. cap. delictum. de reg. iur.  
 Et hoc etiam in proprijs illorum Ecclē-  
 sijs, de quo videri possunt plures Cardin.  
 declarationes apud Barb. in coll. bul. v. Cle-  
 ment. Et ratio fundamentalis est, quia in  
 his Clerici habentur digniores Regula-  
 res cap. legi. 16. quæst. 1. & cap. à subdiac.  
 1493 ubi Gloss. ita docet. & Cassan. in  
 d. de iur. mun. p. 4. cons. 57. fallit tamen  
 consuetudo aliter introduxit, vel jus  
 quæsitum aut favor permittit, & sic v. g. in  
 Ecclē. Tolerana, si Abbas S. Benedicti  
 de Saugun. adsit, accipit locum inter  
 dignitates, Monachis verò eiusdem Mo-  
 nasterij interessentibus officijs divinis  
 datur distributio sicut Canonicis, ut notat  
 in p. sent. an. 554. c. 5. in impressione Gallic.  
 Monachi verò Cassinens. præcedunt Ca-  
 nonicos sua urbis S. Germani; Monachi  
 S. Crucis Burdigal. neque præcedunt  
 Canonicos Ecclē. Metropol. neque ab-  
 his præceduntur, sed de pari incedunt in  
 processione unus Monachus cum uno  
 Canonico. At Monachi Sancti Eutropij  
 apud Xanton. ipsum Clerum Ecclē. Cathed.  
 dividunt & incedunt medi inter  
 Canonicos & Mantionarios Paro-

chos, seu alios Clericos inferiores.  
 Quantum autem ad Regulares inter se  
 S. Card. Congregat. anno 1619. die 23. 6  
 Mart. censuit non Mendicantes debere  
 habere præcedentiam & quidem meritò,  
 nam ad stipulatur illis prioritas originis,  
 & suarum Ecclē. dignitas. Unde  
 jam ante, (hoc est año 1599. die 9. Febr.)  
 Clemen. VIII. suo motu proprio, qui  
 incipit Regis pacifici. declaravit pro Fu-  
 liensibus debere eos præcedere omnes  
 Mendicantes. Et cum inter Mendicantes  
 & Sylvest. orta esset difficultas super  
 præcedentia, lite delata ad Sac. Congr.  
 anno 1617. die 24. Jan. respondit, debe-  
 re Sylvestrinos cedere, aut abstinere ab  
 omni quæstuatione. Cumque illi die 19.  
 Maij subsequente insinuassent eidem  
 Sac. Congr. se abstinere à quæstuatione  
 ne statim præcedentiam illis adjudicavit.  
 Inter Ordines verò Mendicantium 9  
 præcedunt IV. antiquiores, de quibus fit  
 mentio in iure. c. unic. de rel. dom. in 6.  
 Unde cum Ordo redempt. captivor. mo-  
 visset litem Carmelitis super præceden-  
 tia condemnatus est primùm à Rota Ro-  
 mana die 10. Maij anno 1600. Et deinde  
 à Clemen. VIII. die 15. Novembr. anno  
 1602. sua const. quæ incipit. Decet Roma-  
 num Pontificem. Inter ipsos autem IV. or-  
 dines antiquiores Pius V. constituit hanc  
 sub alternationem, ut primum locum te-  
 neant Dominicani, quos immediatè se-  
 quantur Minores tum August. ac postre-  
 mò Carmelitæ. B. quæ incipit. Divina di-  
 sponente Clementia. Et alia quæ incipit Ro-  
 manus Pontifex. Ac iterum alia, quæ inci-  
 pit Apostolicæ Sedis. Et quia Ordo mino-  
 rum est divisus, Leo X. anno 517. die  
 6. Decēb. censuit eos qui sunt de Obser-  
 vantia, debere præcedere, B. quæ incipit. 11  
 Licet alijs. Capuccini verò anno 1619. die  
 23. Mart. iussi sunt decreto Sac. Con-  
 greg.

REGIA  
 VLA RUM  
 ET  
 MENDICANTIA  
 REGILAS  
 CELLARUM  
 HISTOLICE

- gregat. cedere omnibus non solum Minoribus, sed etiam Mendicantibus aliorum ordinum, qui ante ipsos habuerunt facultatem portandi Crucem propriam in processionibus.
- 13 Quod autem attinet ad Ordines nō Mendicantes, Canonici regul. Congregat. Lateranensis præcedunt omnes monasticos, etiam Cassinenses, tam in actibus
- 14 privatis, quàm publicis, quando dimissa superiori veste incedunt in habitu clericali. Sed Abbates earundem Congregat. Lateran. & Cassinen. dum alicui actui interfunt sine suis corporibus, sibi respectivè cedunt pro ratione temporis, à quo ad prælaturam sunt assumpti, (\*) uti per sententiam definitivam sancivit Pius IV. anno 1564. die 18. Janu. Quam referunt Margar. in bull. cass. const. 183. Tambur. tomo 1. de iur. abb. d. 25. qu. 1. Navarr. com. 4. de regul. Roder. & alij. Ad vitandas verò difficultates S. Congreg. anno 1603. die 1. Septemb. provisionaliter ordinavit, simplices Monachos, aut Canonicos non esse admittendos in ullis actibus, seu concessibus privatis, sed tantum Abbates, qui se conformant sententiæ Pii IV. Quòd si contingat admitti simplicem Monachum vel canonicum Abbatem debere præcedere. Bullar. cassin. const. 256.
- 17 Vbi nota primò, quòd cum Canonici Lateran. reponant prædictam sententiam Pij IV. inter sua privilegia, & in libro privilegiorum suorum, hinc videntur agnoscere se evicisse causam contra Cassinenses, non tam jure, quàm favore, & præcedentiam illis adiudicatam, non esse nisi privilegium, & gratiam Pontificis, qui voluit in hoc ipsis gratificari ratione suæ Ecclesiæ Cathedralis, Lateranensis.
- 18 Secundò. Quòd cum illa lis de præce-

(\*) Arg. can. 13. Millviri. sub Innoc. 3. Braccar. 1. sub Honor. 1. can. 24.

dentia, & sententia de super lata, non incipiat nisi duas prædictas Congreg. immanent aliis sua jura quoad hoc integre. Unde si Congreg. Lateran. acquireret domum extra Italiam, ubi sunt alie Congregationes Monastica, non tenerent ibi cedere Lateranensibus. Et multò minus alij Canonici regulares, qui non sunt Congreg. Lateranensis (licet se dicant Ordinis S. Augusti.) possunt illam sententiam ad se detorquere, illà se armare ad evincendam præcedentiam contra Cassinenses, vel alios nachos de quo sic loquitur Tambur. cit. quest. 6. num. 8. Illud tamen advertet, quòd circa istam illam stabilitam, & in favor em canonicorum regul. Lat. non duntur ad alios Abbates, & regulares, nec eos ceterarum congregationum, etiam Augustino militantium. Et ideo minus sep. Mosagrug. lib. 2. & 8. probate sententiam Pij IV. ad favorem Canonici Latam, eque pro canonicis sue Congreg. Bononiensis facere, cum ex eiusdem sententiæ verbis id non satis appareat, imò eorum eliciatur, cum in ea Lateran. tantum nominetur, idèò meritò illius dicitur fuisse antur circa hoc à Gabr. Pennor. hyst. canonic. reg. lib. 2. capit. 53. num. 12. prædictam Congregationem Sancti Salvatoris eius Canonicos in ea causa, ne per somnum dem esse nominatos.

Ita Tambur. Quia verò non solum Canonici Sancti Salvatoris Bononiensis, etiam alij sub Regula S. Augustini imitati, ad illorum imitationem, præcedentiam ubique præcedentiam, placet in præsentia hanc difficultatem paulò penitus pendere servata tamen brevitate, hoc opere proposita, & absque charlatatione, vel ullius offensa.

Nota igitur Tertiò. Canonici Clericos regulares S. Augustini nō



Clerici Regulares, qui se dicunt S. Augustini, non ab Augustin. sed à suis privatis fundatoribus debent computare suum principium, seu antiquitatem, eo modo quo ut dixi supra de Maldul. v. g. Olivetan. aut Cisterc. & videmus quòd nomine etiam singulæ distinguntur tanquam simpliciter ab invicem distinctæ, sub communi regula & instituto, sed tanquam disparatæ.

24 Dices, neque etiam antiquas esse Congregationes Benedictinorum v. g. Cassinensem. Sed nego paritatem, quia Congregationum sunt duo genera: aliqua enim fiunt per solam aggregationem Monasteriorum, ad finem eorum conservationis, & manutentionis observantiæ in illis, absque additione ad Spiritum, & finem Regulæ, aut Ordinis; aliæ verò cum aliquo additamento, & mutatione in habitu, & quoad formam & quoad colorem inter quem utrumq; modum id discriminis intercedit, quòd congregationes factæ secundum primum, habent naturam simplicium congregat. in quarum Monasterijs, quia nihil fuit immutatum, quòd ad essentialia Ordinis, ideò jure merito suam antiquitatem à suo primo Fundatore derivant, quia per rectam lineam absque interruptione ejus regula, & spiritus ad illa fuit derivata, & in eis retenta. At quæ fiunt secundum alterum modum, non sunt simplices Congregationes, sed Ordines subalterni, quarum ideò Monasteria non trahunt suum principium, nec suam antiquitatem, nisi ab illis à quibus hanc formam specialem vivendi acceperunt. Igitur quia Congregat. Cassin. & aliæ Monachorum Nigrorum factæ sunt primo modo, justè trahunt suam antiquitatem non à tempore unionis suorum Monasteriorum, sed sui legislatoris S. Benedicti, à quo etiam omnes eorum Monachi communi nomine vocantur Benedictini. Et quia è contra Congregationes Canonic. seu Cleric. Regularium factæ sunt secundo modo sub Regula S. Au-

gustini, ideò non ab ipso August. sed suis privatis Fundatoribus debent computare suum principium, seu antiquitatem, eo modo quo ut dixi supra de Maldul. v. g. Olivetan. aut Cisterc. & videmus quòd nomine etiam singulæ distinguntur tanquam simpliciter ab invicem distinctæ, sub communi regula & instituto, sed tanquam disparatæ.

Sed neque etiam dicti Canonici Clerici Regul. possunt petere præteritam ratione dignitatis suarum Ecclesiarum, quòd sint collegiatæ, nam tales etiam Monachorum. Imò sicut possunt scopatum non est dignitas major: sic post Ecclesias Cathedralium sunt digniores Abbatibus: dignitatem non parùm augment. numerosæ ac illustres Reliquiæ, quibus illis servantur. Secundò, Nobilitas datorum, qui ordinariè sunt Imperatores, Reges, ac supremi locorum Principes. Ac terriò, Major numerus Monachorum, qui in illis Deo servantur juxta Sap. In multitudine populi, dignitas Regum decet.

Quantum ad consuetudinem, & descriptionem, non possunt se iidem, nisi, per eam juvare in sua petitione, sit contra ipsos, in favorem Monachorum una cum possessione. Multòq; minus, lo privilegio, vel concessione Pontificum cum nullam habeant: vel si aliquam habeant, sit sub- & obreptitia.

Ad merita verò si sermonem committamus, multò etiam inferiores Benedictinis inveniuntur. Nam *Quæ Regio nostris non plena laboris.* Quis Ordo ut S. Bened. servivit Ecclesiæ, à quo & solo, per plura sæcula felicissimè gubernata? Quis tot Sum. Pontificum Cardinales, & Episcopos peperit? post Apostolos tot gentes barbaras



...adduxit? Sed de his alijs ne ex di-  
 ...atione videat texere Panegyricum,  
 ...præter mentem insultare.  
 ...illi se fundant in titulo Cano-  
 ...quos sunt insigniti.  
 ...Sed quod etiam in hoc hallucinentur  
 ...patet primò Quia exceptis Canonicis Ec-  
 ...cliam Cathedraliũ, alij nõ dicuntur  
 ...in dignitate constituti, sed sunt sim-  
 ...plices Clerici, quo titulo consequenter  
 ...non possunt Augustiniani se iuvare in  
 ...sua intentione, cum simplex clericatus  
 ...nullum jus conferat ad præcedentiam. Et  
 ...alijs Benedictini sint etiam Clerici: in  
 ...cuius rei signum, quando recipiuntur ad  
 ...Ordinem, datur eis ad vesperam vna  
 ...tam tonsura, habitus clericalis, puta  
 ...monica, & bareta, & sequenti die mona-  
 ...sticus, nempe scapulare. Secundo. Quã-  
 ...do in vno subiecto, inveniuntur dua  
 ...qualitates unitæ necesse est, unam deter-  
 ...minari, seu contrahi ab altera, nempe  
 ...maiori, seu potentiori, ut videmus in  
 ...naturalibus; Vnde quia Augustiniani  
 ...tantum se duplici præditos, Clericatus sci-  
 ...licet, & Religionis, necesse est alterut-  
 ...ram determinari, & contrahi ab altera,  
 ...sua unã, trahere ad se aliam, nempe po-  
 ...tentiorẽ, qua sine dubio, est Religio-  
 ...nis, propter vota; & sic tãquam religiosi  
 ...sunt regulares, debent cedere Bene-  
 ...dictinis antiquioribus & possidentibus.  
 ...Quod si è contra velint illam vtramque  
 ...qualitatem in suis personis distinguere,  
 ...sæ quamlibet per se considerare, nihil  
 ...erunt; quia tanquam Regulares de-  
 ...bebant (ut iam dictum est) cedere: tan-  
 ...quam Clerici verò, longè inferius de-  
 ...bent, nempe infrã Parochos & Cle-  
 ...ricos parochiarum, utpotè (qua tales)  
 ...illis inferiores.  
 ...Dicit aliquis, eos esse Canonicos, &  
 ...hoc titulo debere præcedere simplices  
 ...Clericos, & Monachos, Sed contra. Nam

vel considerantur tanquam Canonici, eo  
 quòd tales se fecerunt, seu talem statum  
 sua electione & voluntate assumpserunt,  
 vel quia à Papa illis collatus, & ab eo ad  
 illum sunt erecti; neutro autem modo  
 possunt sibi viam aperire ad præceden-  
 tiam, quam postulant: non primò ut de  
 se patet. Sed neq; etiam secundò. Quia  
 omnes Papæ concessionibus & institutio-  
 nes, intelliguntur semper, salvo iure a-  
 lieno, cui nunquam censetur derogare,  
 nisi cum expressa mentione, vocatis, &  
 auditis, his qui habent interesse, ac mul-  
 tis alijs circumstantijs observatis *can. ec-  
 ce. & can. nullus. d. 99. can. nunc verò 9. 3. &  
 l. nec avus. C. de emancip. Gloss. c. si quis iam  
 translatus 21. q. 2. Panor. cap. cum ad hoc.  
 de cler. non resid. & cap. suggestum. de Decim.  
 ubi DD. & sic ad hoc, ut Domini Au-  
 gustiniani possint justè perere præceden-  
 tiam, non sufficit dicere eos esse Cano-  
 nicos; & tales esse factos à Papa, quan-  
 do approbavit eorum institutum, sed  
 necesse est ostendere Papam id eis con-  
 cessisse, & servatis circumstantijs de-  
 bitis, ac solitis, Aliud. n. longè est dare  
 alicui titulum Canonici, & dare jus præ-  
 cedentiæ. Quod cum nõ inveniatur con-  
 cessum, nec etiam debet præsumi, aut  
 tentari.  
 Dicit Canonicos ex vi huius tituli, & 29  
 per necessariam consequentiam debere  
 præcedere Monachos, quia plus est, esse  
 Canonicum, quàm Monachum. Sed *Re-  
 spond.* non posse semper ex maiori ti-  
 tulo argui jus ad præcedentiam; Nam  
 plus est, esse Archipresbyterum, quàm  
 Archidiaconum, quia caracter illius di-  
 gnior & nobilior caractere istius; &  
 tamen in iure Archidiacon. præfertur  
 Archipresbitero propter alias qualita-  
 tes speciales, ratione quarum iudicatur  
 maior. Ita à pari quamvis Canonici-  
 catu, videatur prima fronte maior Monachatu*

REGIA  
 BIBLIOTHECA  
 ET  
 MUSEUM  
 REGIAS  
 CELLARUM  
 HISTORICARUM  
 8



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

non tamē sequitur Canonicos quoscūq; debere semper præcedere quoscūq; Monachos, unde in superioribus notavi, Benedict. alicubi ire in processione cū Canonico. (etiam Ecclesiarū Cathedral. alibi alios præcedere, & alibi eorū corpora dividere, nimirū propter prærogativas, tū generales sui Ordinis, tum speciales quas debent in singulis locis, & quæ reddūt eos seu eorū Ecclesias magis considerabiles. A titulo igitur malè arguitur ad præcedentiam, nisi titulus fulciatur alijs circumstantijs, quæ tribuant jus ad illam. Quod vel maximè verum est in nostra causa, & respectu Augustinianorum qui licet sint Canonici, non tamen absolute sed Regulares, & in quibus, quia Clericatus determinatur, & contrahitur à Religione (vt in superioribus dictum est) ideò frustra suum titulum allegant, & locum præcedentiæ petunt, cum in rei veritate, non vt Canonici sed vt Regulares debeant iudicari.

- 30 Vltimum caput in quo suam petitionem fundant, sumitur ex habitu, hoc est Rocheto, quo utuntur. Quòd verò & hoc fundamentum sit insufficiens patet, nam vt dicit Bernard. *Honor qui cum veste assumitur, & deponitur, non est noster, sed vestis.* Vnde signum est hominem de se esse parvi momenti, & exigua considerationis, qui suam commendationem quærit ex habitu, & jura suæ præminentia in eo constituit, tunc enim datur locus fabulæ Æsopi, de Afino qui exuvias Leonis indutus petebat sibi prærogativam inter cæteros animantes & ab illis volebat honorari, occasione suæ pellis. Sanè non honoramus, neq; æstimamus purpuram quia fit ex murice, aut quia talis coloris, sed quia Regum propria: ita & Rochetum, non quia ex lino, vel eleganter plicatus, sed quia proprius Episcoporum

habitus, à quibus suam dignitatem, æstimationem trahit. Quando apparet Episcopus cum suo Rocheto, honoratur in illo, & ille occasione ipsius: quæ si quis conditionis inferioris Rocheto portat, non sequitur quòd occasione illius debeat præferri cæteris, aut plus honorari; aliàs posset etiam quis portare stolam, vel cappā in processionibus, occasione talium ornamentorū sibi quære præcedentias, & lites movere. In si Rochetus tribuit jus ad præcedentiam poterimus aliquem appendere ad petentem, & sic appensum per plateas circumferre, vt omnes deferant & locum cedentem, quo quid magis ridiculum;

His addo quòd non sibi adeo constant Augustiniani in suis proprijs, & fundamentis, cum dicunt Ordinis Sancti August. & se portare habitum; nam ex ipso iure discimus chetum fuisse attributum Episcopis. Innocent. III. (vt videre est in *cap. de officia de vit. & honest. cler.* Quo cum Augustin. longè sit antiquior, quomodo potest dici usus Rocheto, aut illum ordini tradidisse, De quo, & pro conide hujus disputationis placet hinc hinc jecere lepidum iudicium, lepidamque historiam, quam refert Illustriss. ac Rever. Ioan. Petr. Camuz Episcopus licensis in suo lib. *variet. historic.* Accipit inquit) in Italia vt duo Augustiniani nerantes sese in via communi conxerint, vnus erat ex his qui vocatur Eremita, alter de eorum cœtu; qui missiati, seu Rochetini vulgò Camisiformi supparo lineo quod in suæ institutione primordijs, quasi ad formam carnium portabant, nunc verò paulò elegantius ad formam Rocheti Episcopalis. Igitur cum illi duo simul incederent, & confabulando laborem viæ fallerent, et flex-

merent sermonem ad suum cuiusq;  
 iulianum, & sese amorosè pungentes;  
 Camiliatus seu Rochetinus carpebat  
 in Eremita acumen caputij, & laticu-  
 nam Zona; Eremita verò in eo ri-  
 debat supparum detrectabatque alter  
 alterum pro Augustin. agnoscere, pro-  
 pter cuiusmodi diversitatem habitus,  
 quem uterque socio negabat unquam  
 fuisse à S. Augustino institutum. Cum  
 ergo sic disputarent, ait Eremita, nullus  
 est qui nos non recognoscat pro filijs S.  
 Augustini, atq; ideo & nostrum habitum  
 in religione non habeat, vos autem vnde  
 istis, nemo scit; etiam vetule & pueri  
 rustici, & de plebecula minimi ita sen-  
 tiunt, & nos reputant, & si placet quem-  
 que primum obvium, super hoc in-  
 terrogabimus. Annuit Rochetinus, &  
 dissolutionem acceptat & ecce apparet  
 veniens è contra rusticus, qui egressus  
 de suo pago, pergebat ad laborem, in  
 quem convenit inter duos patres, sum-  
 mam suę difficultatis referre. Propin-  
 quante igitur rustico, ait ad eum Cano-  
 nicus, sit Deus tecum bone vir; Patrem  
 istum inter, & me versaturis non par-  
 vi momenti cuius te arbitrum delegimus.  
 Ille purans se ab otiosis viatoribus de-  
 liti, volebat pergere, quò vocabat eum  
 labor; verum cum illi institissent se sin-  
 cere agere, substitit etiam rusticus, & ait  
 De qua re ergo agitur inter vos, & Ca-  
 nicus; iste pater dicit, se esse Ordinis  
 Sancti August. & se portare eius habitum  
 quod utruq; ego nego dicens me potius  
 esse legitimum S. August. filium, & ge-  
 nitivum eius habitum portare. At ru-  
 sticus contemplatus paulò morosius vt-  
 rumque non esset adeò peritus rerum  
 Ecclesiasticarum, nec sciret differentiam  
 suppari à camilia vulgari, putavit sim-  
 plicem esse camiliam quam canonicus

portabat supra tunicam & ait dicite mihi  
 quis qualisve fuit S. Augustin. Delirus  
 ne, an bene semper sui compos, & sana  
 mentis; Ad quæ Dominus Canonicus.  
 Ohi me, quid interrogas; S. Augustin.  
 fuit Episcopus gravissimus, sapientiss.  
 doctiss. & qui sua eruditione totam Ec-  
 clesiam illustravit. Tum rusticus. Pare à 33  
*me che non sia, ne del Ordine di S. Agostino,*  
*ne porta, il suo habito.* Attonitus verò Ca-  
 nonicus tam brevi, & absoluta sententia.  
 intermissis blandioribus verbis, muta-  
 vit vocem & accentum, & ait in tono &  
 irregul. *Et perche forsante.* Ad quem rusti-  
 cus, *per cio, che ogni huomo, che non è matto,*  
*porta la sua camisia, sotto la tunica, non sopra*  
*come voi Signor.* Id est, videtur mihi, te neq;  
 esse Ordin. S. August. neq; eius habitum  
 portare, quia omnis qui non sit delirus,  
 portat camiliam suam sub tunica, non  
 desuper. Et tunc Eremita levatis in al-  
 tum oculis & manibus benedixit Deum  
 Cali, & terre, qui simplicibus sua se-  
 creta & veritatè revelat, & alijs per ipsos.  
 Canonicus verò, ad suos reversus cum  
 narrasset, quæ sibi in via accidissent, ip-  
 sis persuasit, vt supparum reformarent,  
 & plenè componerent ad formam Roc-  
 heti Episcopalis, ne ultra vocarentur  
 Camiliati, & putarentur à populo por-  
 tare (contra humanum morem) suas  
 camilias supra tunicam, & sic omnes  
 delirare. Hac tenus ex Bellicensi citato.  
 Demum inter ordines Monasticos 34  
 precedunt Benedictini, & inter eos Ni-  
 gri. Alij verò sibi respectivè deferre de- 35  
 bent pro ratione suę antiquitatis. Et se-  
 cundum hoc, cum aliquando Veronen- 36  
 ses Olivetani movissent litem Cassinen-  
 sibus super præcedentia: S. Congreg.  
 anno 1610. die 3. Jan. censuit, Cassinen-  
 ses debere præcedere. Et rursum iisdè Oli- 37  
 vetanis contententibus super eadem  
 præ-

REGIA  
 VLA RIVM  
 ET  
 MENTARIA  
 REGIAS  
 CELLARUM  
 ISTOLICE  
 8

precedentia cum Celestinis eadem S. Congreg. an. 1622. die 14. Mart. pronuntiavit pro Celestinis. Orta verò difficultate inter Celestinos & Cistercienses, primas dedit Cisterc. an. 1600. die 14. Mart. & 24. Maij. Quibus omnibus supereminet Abbas Cassinensis velut S. Benedicti successor ( vt scilicet seq. plenius dicam. ) Iuxta quem immediatè Leo IX. assignavit locum Abbati Sancti Augustini Cantuariensis, ejusd. Ord. ut refert Reyn. in *Apost. tract. 2. lect. 4. §. 8.*

Pro coronide autè hujus cap. adverte quòd quando Religiosi reformati introducuntur in Monasterium sui Ordinis, fruuntur precedentia ejusdem Monasterii absque respectu ad novitatem reformationis, vel Congregationis, & ita pro Minoribus reformatis de observantia, contra Conventuales, judicavit S. Congreg. an. 1627. die 17. Jul. & contra Augustinianos an. 1630. die 9. Jan. Ad quod refertur constitutio Clem. VIII. quæ incipit. *Ex immunitate nobis*, in qua statuit quòd cùmq; reformatos debere frui omnibus juribus & privilegijs, quibus fruebantur sua Monasteria ante Reformationem. Quòd si in eadem civitate extant plura Monasteria, ejusdè Ordinis, & instituti, fratres illorum sibi respectivè cedere debent, pro antiquitate suorum Monasteriorum, ex declaratione S. Congreg. an. 1517. die 3. Junij.

## CAPUT XXII.

### Circa Prædicationem.

#### SUMMARIUM.

- 1 Qui non sunt in sacris, possunt concionari tam Regulares quam Clerici. 2.
- 3 Regulares possunt concionari in proprijs Ecclesijs vel plateis, cum sola licentia suorum Superiorum.
- 10 Abbi cum licentia Episcopi.

- 4 Regularis potest in suis Concionibus dare indulgentias.
- 5 Regularem concionari in propria Ecclesia, non possit impedire Episc. & quo casu & seq.
- 7 Papa dat privilegia independenter à voluntate Episcoporum.
- 8 Regularis qui prædicat errores, potest suspendi ab Episcopo.
- 9 Sed puniri à solo suo Superiore.
- 11 Idem, dic si sine licentia Episcopi prædicat in alienis Ecclesijs.

Gregor. XIII. concessit Societ. Jesu. ut qui in ea necdù sunt in sacris instituti, possint cum suorum Superiorum licentia prædicare. B. quæ incipit. *Prædicationis privilegium*. Hoc tamè posse etiam Clericos Sæculares, & seculo omni privilegio nent Sæ, & Portel. v. *Prædicatores*.

Regulares possunt prædicare in proprijs Ecclesijs aut plateis civitatum cum sola Superiorum licentia, excepta illa in qua Prælati locorum voluerint prædicare, aut coram se prædicare fecerint *Clement. audum de sepult.*

Nota autem primò, quòd quando Regulares concionantur possunt largiri gratias indulgentias, annorum, & dierum, quas ego retuli ubi de *Indulg. n. 4.*

Secundò. Quòd si Episcopus contendant ne aliqui Regulares concionentur, debet abstinere attentata dispositione *Trident. sess. 24. cap. 4.* Verùm, quia Trid. non derogat juri scripto, imò nullas ibi habet non obstantias, quæ tamen requiruntur ad derogandum privilegijs, ideo possunt Regulares, uti suo privilegio de quo *indulgent. cit.* etiam si adversetur Episcopus. Quod etiam Pius V. in *B. Etsi mendicantijs*. Declaravit illud Trid. decretum, non esse intelligendum de mendicantibus, qui concionantur in proprijs Ecclesijs, & non posse virtute illius impediri ab Episcopo, etiam pro eo tempore quo facit concionari

in Ecclesia Cathedrali, nisi ipse sit qui  
 concionetur, juxta aliam B. quae incipit.  
 illuc nos Deus praeultr. Facit quia privile-  
 gia omnia intelliguntur semper concessa  
 independenter ab Episcopis, alioqui esset  
 suspensa. cap. in his de privi. Et secundum  
 hoc Rot. declaravit, nō solere Papā dare  
 eorum licentiam praedicandi sub vo-  
 catione Episcopi, ut refert Farin. ad c. 4.  
 Et ratio est, quia minor nō potest  
 altere disposita à majore. Unde sicut  
 habentibus privilegium Apostolicum, ad  
 praedicandum, non est necessarius con-  
 sensus Episcopi, sic contradictio Episco-  
 pi non potest illum ab hoc munere praedi-  
 care in casu, de quo loquitur privileg.  
 Tertiò. Quòd Regularem praedican-  
 tem errores, potest Episcopus à munere  
 concionandi suspendere, & tanquam Se-  
 des Apost. Legatus contra ipsum proce-  
 dere juxta Trid. sess. 5. cap. 2. Attamen ibi  
 non est nō obstantia inveniuntur. Et cum  
 illis prohibeantur Episcopi in jus voca-  
 re Regulares, vel contra illos processum  
 formare, etiam ratione delicti relinqui-  
 tur hoc totum esse remittendum ad su-  
 periores rei, qui ad instantiam Episco-  
 pi illum puniat.  
 Quartò. Quòd ad praedicandum in a-  
 lio Ecclesijs, Regulares debent habe-  
 re auctoritatem Parochi seu Episcopi, juxta  
 cap. 2. sess. 5. in Trid. Verum si quis secus se-  
 cerit. S. Card. Congreg. ibi declaravit,  
 non ab Episcopo, sed suo Superiore esse  
 puniendum.

CAPUT XXIII.

Curia Praelatorum Jurisdictionem.

§. I.

De ipsa Praelatorum Jurisdictione.

SUMMARIUM.

1. Omnia Praelati qui intelligendus.  
 2. Praelati Regal. habent jurisd. & administrat.  
 3. multi in titulis.

- 3 Praelati Regul. habent jurisd. ordinariam.
- 4 Et quasi Episcopi.
- 5 Praelati Regul. sunt in dignitate constituti.
- 6 Et possunt esse delegati.
- 7 Praelati Regul. possunt in suis Monasterijs, idem quod Episcopi.
- 8 Praelati Regul. non possunt sibi casus reservare pro arbitrio.
- 9 Nec censuras.
- 10 Priores locales Monasteriorum equiparantur Provincialibus.
- 11 Praelato absente ejus potestas devolvitur ad vicarium.
- 12 Quantum oporteat eum abesse.
- 13 In secundario Superiore, duplex residet potestas, & utraq. ordinaria.
- 14 Et potest ea uti, favore illius qui de industria expectavit absentiam Praelati.
- 15 Praelati Regul. possunt delegare.

**N**omine Praelati secundum jura il-  
 1  
 le intelligitur, qui in Collegio ha-  
 ber jurisdictionem cum administratio-  
 ne, puta principalem, & independentem  
 ab alio ejusdem Collegij, hanc autem ha-  
 2  
 bent Superiores Regularium in suis  
 Monasterijs ex multiplici capite, nempe  
 primò. In consequentiam suae electio-  
 nis, volunt enim Jura, ut qui praeficitur  
 alicui collegio per electionem, habeat  
 jurisdictionem in ejus membra, seu in  
 omnes qui sunt de tali collegio, quam  
 & ipsi consentur deferre dum illum eli-  
 gunt, aut in electum consentiunt. Gloss.  
 cap. Archidiaconus de off. Archid. Butr. eod.  
 Innoc. cap. qui in Ecclesiarum de off. ord. Et  
 Albertin. c. quoniam. de heret. in 6. quest. 4.

Secundò. Ex dispositione juris, quod  
 in multis locis hanc jurisdictionem illis  
 attribuit ut in can. nullam. 18. quest. 2. cap.  
 cum expediat. de elect. in 6. & c. de quo fuse  
 Roman. Haij & Sciopus, in astro inext.

Tertiò. Ex consuetudine, quam in  
 hoc plurimum valere imò sufficere ag-  
 noscunt Innocent, c. 1. de off. arch. Andr.  
 Sicul.

REGIA  
 VLAARUM  
 ET  
 INVENTARIA  
 REGILAS  
 CELLARUM  
 ISTOLICE

Sicul. cap. si Sacerdos. de off. ord. Albertin. *Ungar. p. 1. cap. 6. Et passim alij.*  
*Supra cit. Et alij in capit. conring. de for. comp.*

Quartò. Demùm jure Regula, & constitutionum, cujusque ordinis, in quibus ita disponitur, de quo Lud. Molin. tract. 7. de iust. d. 8. & fufè Paulin. Bertin in pra crim. regul. tit. 2. cap. 2.

- 3 Est autem Prælatorum Regularium jurisdictione ordinaria, vt docent Inocent. c. humilis. de ma. & ob. Abb. c. cum olim. eod. Et Albert. *supra cit.* Et hoc ex omnibus capitibus relatis, quia iura, & Doctores ordinariam appellant jurisdictione, quæ est ex lege, consuetudine, vel electione.
- 4 Quartò. Adde & in quibusdam ratione perpetuitatis, quia perpetuitas in jurisdictione facit illam ordinariam, secundum *Glof. cap. fin. de off. ord. l. vnic. ff. de off. conf. l. plurib. eod. de exerc. act. Bald. & Barth. l. cit. plurib.* Et hoc privatiuè ad Episcopos, etiã in monasterijs illis subditis, ut fufius differit Sciop. in astro in extr. quest. 7 n. 4. Et evidenter potest colligi ex ipsa Regula S. Benedicti. Et in plurib. locis juris videtur decisum ut c. hoc tantum. can. luminoso. can. nullam. 18. quest. 2. & cap. cum expediat. de elect. in 6. Vt quam quædam monasteria habent ab Episcopis dependentia, veniat intelligenda non de ordinaria sed in causis appellacionis, eo modo quo Episcopi subijciuntur Archiep. v. g. in causis appellacionis, vel ad benedicendos Abbates, pro quo faciunt dicta ubi de Exem. Est item iurisdictione Prælatorum Regul. quasi Episcopalis, ut norat *Glof. in clem. 1. de reb. eccl. non alien. Panor. c. atsi Clerici de iudic. Et speciali indulto diversis Pontifices, concessere diversis ordinib. Alex. III. Eugen. IV. Inocent. VIII. Pius V. & c. de quo Aragon. 22. quest. 88. a. 12. Clau. reg. lib. 11. n. 89. Tambur. de iur. Ab 10. l. d. 15. Portel. v. Abbas. Lam. in meth. p. 4. d. 4. & 5. Rosenti. in ait. pro recuper. monast. Cisterc. in*

Cuius jurisdictionis ratione dicuntur & sunt verè ac propriè Prælati, ac in dignitate constituti, ut norat Inoc. cap. milis de ma. & ob. Et Abb. cap. nihil. de elec. Imò & ipsi Priores, ac Guardiani, ac Prælati mendicantium (de quibus alij maior videretur subesse difficultas) docent Abb. cap. cum. olim. de ma. & ob. *Glof. cap. nullus de elect. in 6. Albert. cap. nam. de heret. in 6. quest. 3. & 4. Calder. in 6. Cordub. in annot. ad Casar. v. Guardian. Fum. in armil. v. prælati. Angel. Syn. alij.* Ita quòd secundum eosdem (quos sequitur dominic. in cit. cap. nullus. Et videntur alij Canonista, in cap. statum. refer. in 6.) possint Superiores Regularium instar aliorum Prælatorum iurisdictione. Et tanquam in dignitate constituti dari in iudices delegatos Sedis Apostolicæ aut in causis appellacionem eligi, & in dispositionem cit. cap. statum. Et in clem. in clem. religiosus. de procur. refer. resoluisse, & consuluisse, in favore cuiusdam Prouincialis, potuisse agere procuratorem, quia iura, hoc proutunt Prælati.

Quoad suos verò inferiores, & in septa suorum Monasteriorum possunt iurisdictione qua Episcopi in suis Diocælibus non sunt ordinis Episcopalis, vel specialiter illis interdicta. Dico quæ non sunt ordinis Episcopalis, quòd velim intelligas per hæc privilegia, & iura, de quibus loquimur (nam per alia multa exclusæ conceduntur) de quibus ubi de Benef. & ordinib. Dico item posse omnia, & Episcopi, & non sunt ipsis specialiter interdicta. Nam licet possint Episcopi pro arbitrio casus reservare, non tantum Prælatu Regularium: quia nò possunt reservare nisi illos 11. quos Clem. in suo decreto an. 1593. die 16. Manu per-

Quin etiam, cum postea fuisset abbatum, an possent addere censuram illi qui non sit ex illis, & sibi eam referre. S. Congreg. an. 1617. die 7. Jul. censuit, quod non, uti videre est apud Margar. ubi. *Cass. const. 278.*

Dicoem simplices Priores vel Guardianos Ordinis Mendicantium esse Praelatos in dignitate constitutos. Nam licet locus dicendum sit de Ordine Minorum attentis ejus antiquioribus constitutis, secundum quas hoc solis Provincialibus tribuebatur.)

Nunc tamen per communicationem cum Dominicanis etiam Guardianis convenit. Quia in mari magno Dominican. Priores locales aequiparati sunt Provincialibus intra suos Conventus, attributa eadem potestate & iurisdictione, quae Provinciales gaudent per se in Provincia. Ita Casar. v. *Guardiana*. & Roder. to. 1. *quæst. 17. ar. 7.*

Ex diversis autem privilegijs Innoc. VIII. Eugen. IV. & aliorum Pontif. de quibus Marg. in *Ull. Cass. Barth. à S. Faul. lib. 6. q. 154. Auf. in sum. dia. v. absolut. 14. Comp. Rod. Recol. v. benedicere &c.*

Quando Praelatus abest à suo Monasterio, committitur ei potestas & iurisdictione de quibus dicitur ad Priorem, Superiorem, Vicarium, seu locum tenentem, quocumque nomine appelletur. Ut in eiusmodi secularijs Superioribus veniat distincta duplex iurisdictione, quae tamen fit in illis ordinaria. Prima est ea, quae eorum officio est annexa secundum consuetudines Ordinis. Altera datur circa illa, quae sunt propria Praelato pro tempore eius absentiae, cuius absentiae tempore Vicarius Praelati habere circa ea iurisdictionem potest, eo quod iurisdictione Praelati datur ad illum, non per delegatio-

nem sed per statuta & privilegia Ordinis. Et quod exercet (quod alias spectaret ad Praelatum, si praesens foret) exercet tanquam ex officio. Qui autem aliquid sic exercet, dicitur exercere tanquam Ordinarium, ut inter alios fuse differit Berti. in *pract. crim. reg. tit. 2. cap. 4.*

Quam multum autem debeat Praelatus abesse à suo Monasterio, ad hoc ut ejus potestas censeatur devoluta ad Vicarium, Aufon. *loco supracit.* putat sufficere absentiam unius diei naturalis, secus dum spectatur eadem die reversurus, vel si quis videatur affectasse, & expectasse eius absentiam pro aliqua absolutione, vel si aliter in aliquo ordine sit constitutum. Verum mihi non placet illa secunda limitatio, nam licet quis expectet absentiam Praelati, ex quo tamen ille abest, non desinit eius potestas devolvi ad Vicarium, qui consequenter dum absolvit, legitime absolvit: quia utitur potestate ad se tunc pertinente vide *sect. seq. dub. 12.*

Demum ex hoc quod potestas Praelati regularis, seu eius Vicarii censeatur esse ordinaria, sequitur posse eum delegare pro necessitate casuum. Et hoc non tantum in Regularibus, ut putat, Port. v. *Praelatus dispensans*, sed etiam in usu privilegiorum quoad suos secundum Roder. to. 1. *quæst. 20. a. 1. & Casar. v. absol. ord. quo ad frat.* Nam licet potestas Regularibus data, & per privilegia exercenda circa alienos, videatur reducenda ad delegatam, secus tamen est de illa, quae est exercenda erga proprios subditos. Quia iurisdictione delegata Ordinario mutat speciem, & fit ordinaria: non enim tunc datur illi aliqua iurisdictione specialis, sed permittitur ei liber usus suae Ordinariae.

D d §. II.

## S. II.

De Prælatorum Iurisdictione. Quantum ad  
Dispensationes, & Absolutiones.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares in suis dubijs possunt sequi consilium Prælatorum.
- 2 Prælati regular. possunt dispensare vota omnia suorum excepto Religionis.
- 3 Prælati Regul. possunt dispensare cum suis ad Dignitates.
- 4 Et non est opus dispensationem dari in Capitulo.
- 5 Non tamen censetur quis hoc ipso dispensatus, quo eligitur.
- 6 Regularis unius Provincia potest absolvi & dispensari à Prælato alterius.
- 7 Et unius Monasterij à Prælato alterius.
- 8 Prælati Regul. possunt cum suis dispensare in omni inhabil. ad officia Ordinis 23. & 29. Et in nota infamæ. & 14. Ibid.
- 3 In Irreg. ex defectu natalium & 21.
- 11 In Bigamia interpret. & similitud. 20. & 32.
- 17 In vera ac proprie dicta 21. 24. & 25.
- 17 Et in Homicidio 24. & 29.
- 11 Prælati Regular. possunt absolvere suos ab omnibus casibus & censuris etiam reservatis 15. 26. & 29.
- 16 Etiam in Bulla Cænæ.
- 10 Etiam ab Hæresi.
- 19 Privilegia Cassin. non comprehenduntur sub ulla revocatione.
- 36 Et de factò supra relata omnia non sunt revocata 36. & 40.
- 37 Delictum quando dicatur occultum.
- 38 Prælati Regul. possunt dispensare cum suis etiam in noto crimine finito Iudicio & Penâ solutâ.
- 41 Etiam si privilegia Regularium tollantur, poterunt absolvi à casibus reservatis Papa duplici alia vita.

**L**eo X. concessit Minorib. ut in omnibus dubijs conscientiam tangeribus possint tutè & securè stare determinationi suorum Superiorum. Casar. declarare. & v. Guardianus. & Roder. in eisd. Leon. Hoc autem Privilegium fuit necessarium, nisi ad sedandos pupulos, aliàs enim certum est posse Regulares sequi tuta conscientia consiliorum Superiorum. Viderint interim Prælati qualia dant consilia, & quam formiter ad veram charitatem ad Regulam, ad Evangelium, ad sacrorum nones, ad constitutiones Pontificum Prælati alimæ Congreg. Cassin. & nij IV. duplici constitutione, que & 63 in eorum Bullar. Et Congreg. span S. Bened. de Vallad. eiusd. privilegio quod est 46. in eius Bullar. possunt dispensare cum suis commissis in omni voto, excepto Religionis. Unde si aliquis Commissus haberet peregrinationis reservatum Papa per hæc privilegia absolvi ita Cassin. dispensatio num. 27.

Sixt. IV. concessit Minorib. in Mari magno, ut General. Provinciarum Vicarij possint dispensare fratre orto ex adulterio seu quovis damnato coitu, ad hoc ut ad Ordinarum laturas promoveatur. Monet autem rand. in man. 10. 2. quest. 2. 4. 2 hanc dispensationem faciendam esse in Capit. Generali datur ab Ord. Generali, aut Provinciali juxta quandam declarationem Gregor. XIV. Sed Peyrin. & ipsum Aulon. in sum. Dian. v. Prælati n. 16. docet eam posse impendi à quovis Guardiano, & consequenter extra Dominican. ab eodem Sixto. de quo far. v. dispens. n. 13. & alterius con. Minimis à Jul. II. de quo Capuccin.



ut in eo  
n tangen  
re detem  
Calat.  
oder. 10.  
regium  
andos in  
posse Reg  
confilia  
interim  
quam co  
em ad  
i factio  
ntificas  
affin la  
que  
ongit  
uf de  
ius  
u suis  
Relig  
abeter  
Papa  
ita Cal  
ib. in  
rovinc  
enfare  
quor  
Ordin  
et aut  
hanc  
apit. Co  
ut Pro  
n declar  
rim. S  
r. pral  
di a quo  
e extr  
egij con  
o, de quo  
ius con  
puccin  
nt.

ut in eo  
n tangen  
re detem  
Calat.  
oder. 10.  
regium  
andos in  
posse Reg  
confilia  
interim  
quam co  
em ad  
i factio  
ntificas  
affin la  
que  
ongit  
uf de  
ius  
u suis  
Relig  
abeter  
Papa  
ita Cal  
ib. in  
rovinc  
enfare  
quor  
Ordin  
et aut  
hanc  
apit. Co  
ut Pro  
n declar  
rim. S  
r. pral  
di a quo  
e extr  
egij con  
o, de quo  
ius con  
puccin  
nt.

Casar. v. absol. ord. quo ad frat. & Roder. 10. 1. Bull. 14. & 84. Sixti IV. & 26. Jul. II. 10  
Quantum tamen ad haresim in specie A-  
lex. IV. concessit Minorib. ultra montan-  
is facultatem absolvendi suos etiam relap-  
sos, modò crimen non sit notum Sæcularibus. Gregor. verò XIII. idem concessit Societ. Jesu absque restrictione Provincia vel notitiæ. Compend. privileg. Societ. v. absol. §. 8. Suar. de Relig. quaten. præl. sumt. lib. 2. c. 21. Cypr. in reg. S. Franc. c. 7. Peyrin. in const. 4. Sixti IV. Hieron. Rodriq. in comp. res. 3. Roder. 10. 1. qq. reg. 20. art. 9. Vega. in sum. p. 1. c. 49. casu 1. & Celest. Suess. 17. 8. cap. 11.  
Eugen. IV. concessit Casin. & Cister. 11 ut Prælati Monasteriorum & in ipsorum absentia eorundem Vicarij possint quoscunque sibi subditos, etiam Novitios aut Commislos semel absolvere à quibuscunque casibus (etiam de quibus Sedes Apost. meritò foret consulenda. Et toties quoties cum illis dispensare in omni irregularitate contracta, celebrando in Excom. vel alia censura, modò non sit factum in contemptum clavium, vel non sit contracta ex homicidio propria manu perpetrato, 13 vel ex Bigamia. Item ab Infamia aut quavis inhabilitate ex talibus casibus resultante. Itè eosd. absolvere à quibuscunque excom. cens. & panis Ecclesiasticis; à jure vel ab homine Authoritate Apost. vel quavis alia generaliter, vel specialiter latis. Et etiam si talis absolutio foret reservata Papæ. Bullar. Casin. const. 63. & 64. & in summar. grat. Chaff. Roder. & Lam. infra cit.  
Pius V. concessit Prælati Casinens. 16 facultatem absolvendi suos ab omnibus casibus & censuris etiam contentis in Bulla Cænæ Domini. Et dispensandi cum ipsis in omni irregularitate etià contracta ob homicidium, vel mutilationem 17

REGIA  
VLA RIVM  
ET  
IMENTARIUM  
REGILAS  
CELLARUM  
ISTOLICE  
8



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

- 18 pria manu factam ante ingressum Religionis. Et ab omnibus inhabilitatibus, aut nota infamia ex talibus culpis confurgentibus. Et tam plenè, vt sic absoluti vel dispensati non teneantur de hoc facere mentionem apud Sedem apost. in quacunque impetratione seu gratiam, seu iustitiam concernentem. Et hoc pro toties, quoties. Et sub clausulis: *Ex certa scientia de mera liberalitate Sedis apostolicæ & Plenitudine potestatis.* Et cum hac cautela, vt hac gratia sub nullis futurorum Pontificum revocationibus unquam sit comprehensa, sed semper censeatur ab his excepta. Quin etiam toties restituta, & de novo concessa, quoties aliqua revocatio contra ipsam emanabit. B. quæ incipit: *Dum ad congregationem* expedita an. 1571. die 15. Iul. quæ est 197. in bullar. Margar.
- 20 Jul. II. concessit Prælati Minor. ut possint cum suis dispensare in omni irregularitate, eâ exceptâ, quæ ex Bigamia & homicidio confurgit Compend. Soc. Jesu. v. *dispens.* & Casar. v. *absolut. extra-ord. quoad fratres.*
- 21 Sixt. IV. concessit Carthusian. omniū irregular. dispensationem, exceptâ eâ, quæ ex homicidio oritur. Idem Compend. & Casar. *citat.*
- 22 Benedict. XIII. concessit Priori Monasterij S. Bened. de Valladol. facultatem absoluedi suos Monachos ab omnibus & quibusvis censuris, excom. susp. & interd. sive ante sive post ingressum Religionis contractis, B. quæ incipit: *Devotionis vestre.* sub dato 6. Calend. Aug. Ann. 1395. Et est in Bullar. Congreg. Vallisfol. 25. ordine.
- 23 Martin. V. deinde eidem Congreg. Vallisfol. concessit, ut Prælati & in eorum absentia ipsorum Vicarii possint *in foro conscientia* absolvere suos ab omni ex-

com. etiam reservata Papæ. Et cum dispensare in omni irregul. etiam reservationem, mutilationem, vel enormem sanguinis effusionem, modò casus sit occisus Alphonsi. de Leone *de pot. consol. pract. 11. n. 221. & seq. Cutill. in addit. 4. c. 3. §. 8. Roder. tom. 1. quest. 20. art. 12. Et Casarub. v. absolut. ord. quoad fratres & v. dispens.* Ubi dicit se vidisse originem concessiois in ipso Monasterio Vallisfol. Et Capuccin. in annot. ad idem v. r. Jul. II. concessisse hoc idem privilegium Dominicanis, quod invenitur in eorum privilegiis, & in Compen. Ord. S. Societ. Jesu v. *dispensatio.*

Eugen. verò IV. eidem Congreg. An. 1438. concessit per oraculum Prælati possint absolvere suos à quibusvis casibus quantumvis enormibus censuris etiam Papæ reservatis, & quibusvis autoritate seu ipsius Papæ seu Concilij generalis latis. Imò etiam si speculatus recurfus habendus sit ad Sedem Apostolicam pro hac absolutione accipienda. Et illis dispensare in omni irregul. exceptâ si sit orta ex Bigam. homicid. vel matricid.

Et semel rehabilitare ad officia. Habetur in eorum Bullar. de quo supra.

Paul. demum III. Eidem Congreg. concessit, ut Prælati, & in eorum absentia Vicarii quot Annis feria 2. primæ hebdomadæ quadragesimæ possint absolvere suos Novitios, Oblatos, Monachos, & Domesticos & quoscunque ipsorum obedientia existentes ab omnibus casibus, & cum illis dispensare in omni irregularitate, & quavis occasione tracta absque ulla exceptione aut restrictione cuiuscumque casus irregularitatis, impedimenti, inhabilitatis, notæ infamiae, &c. B. quæ incipit: *Exponitur* sub dato

Anno 1545, die 12. April. qua habe  
 Bull. eiusd. Congr. *privil. 89. & 90.*  
 Ex omnibus autem usque huc in  
 hoc 4. dictis, Nota primò nullum esse  
 casum, in quo non possit Regularis acci-  
 pere abolutionem à suo Pralato vel di-  
 spensationem sibi necessariam. Nā quan-  
 tum ad inhabilitatem ad praelaturas &  
 officia ordinis potest dispensari per pri-  
 vilegiu Eugen. IV. & Pij V. pro Congreg.  
 Vallisfol. & Pauli III. pro eadem. Quan-  
 tum ad notam infamiae per eadem. Quā-  
 tum ad irregular. & in ea qua oritur quo-  
 modocunque à defectu natalium per pri-  
 vilegiu Sixti IV. pro Minorib. Item &  
 in ea que oritur ex Bigamia seu similitu-  
 dine, secundum quod per mittitur Episco-  
 pis *cap. 1. qui. cler. vel you.* seu interp. pri-  
 vilegiu Jul. II. pro Minorib. quia in il-  
 lo excipitur Bigamia quod debet intel-  
 ligi de proprietate dicta. In qua adhuc possit  
 dispensari per privilegium Sixti IV. pro  
 Carthus. quod solum homicidium exci-  
 pit. Vnde Chass. *tract. 4. cap. 1. prop. 4. alle-*  
*gatus Henric. & Villalob.* ait omnes a-  
 ctus ibi concedi, & consequenter Biga-  
 mia. Quod pro partibus remotis, unde  
 non potest facilis recursus haberi ad Pa-  
 pam, admittit Curill. *in pract. 10. manci.*  
*cap. 15.* ubi iterum citat pro hoc Henric.  
 & Sanch. Ad quod etiam valent privile-  
 giu Martini V. Pauli III. pro Benedict.  
 Vallisfol. & Pij V pro Cassin. in quibus  
 conceduntur omnes irregularitates abs-  
 que exceptione. Item in ea qua oritur  
 ex homicidio aut mutilatione casuali vel  
 ad defensionem facta, per privileg. Eu-  
 gen. IV. pro Cassin. & etiam virtute Trid.  
*cap. 12. cit. 6.* Vel simpliciter voluntarie si  
 occultus est casus, per *privil. Mart. V. pro*  
*Congreg. Vallisfolet.* Aut etiam quando  
 est notus, si Commissus ante ingressum

Religionis, iuxta aliud Pij V. pro Cassi-  
 nenibus, aut etiam si sit Commissus post  
 ingressum iuxta privilegium Pauli III.  
 pro Congreg. Vallisfol. & aliud Jul. III.  
 pro Cassin. de quo ubi de confess. pass.  
 nu. 6. Ac demum in irregularitate con-  
 tracta ob violationem cuiuscunq; cen-  
 sura, juxta *privil. Eugen. IV. pro Cassin.*  
 Et alia diversa de quibus vbi de confess.  
 pass. & vbi de observat. interd. & ubi de  
 loco concess. ad celeb. Missas. Quantum  
 item ad censuras possunt Regulares ab  
 his absolvi quomodocunque sint con-  
 tracta, & etiam si sint de contentis in Bul-  
 la Cœnæ Domini per prædictum privile-  
 giu Eugen. IV. & Pij V. pro Cassin. Mar-  
 tini V. & Pauli III. pro Congreg. Val-  
 lisfolet. Ac demum quantum ad quoscun-  
 que alias penas, quacunq; auctoritate la-  
 tas, per eadem privilegia Eugen. IV. & 34  
 Pauli III.

Nota tamen secundò circa illa Privi-  
 legia, qua concedunt dispensationem in  
 irregularitate homicidij, quod Capuccin.  
*in annot. ad Casar. v. absol. quoad Frat. & se-*  
*cul.* Et nonnulli alij putant revocari in  
 Trid. *sess. 14. cap. 7. de res.* Agnoscit tamen  
 idem Capuccin. *ibid.* fuisse postmodum  
 una cum alijs ab eodem Trid. abrogatis  
 restituta à Pio V. pro foro conscientia.  
 Et ita expressè docent Portel. *v. abbas in*  
*add. & v. dispensare. Roder. to 1. quest. 20. a. 2*  
*& 12 & Celest. Sueff. tract. 8. cap. 12.* Imò  
 cum in prædicto *cap. 7.* Trid. non sint ul-  
 la clausula: *non obstantiarum* (qua tamen  
 sunt requisita ad derogandum privile-  
 gij Regularium) neque hæc de quibus lo-  
 quimur possunt dici ibi abrogata, sed sunt  
 adhuc in suo vigore, secundum Sueff.  
*cap. 12. cit. Portel. v. dispensare cit in addition.*  
 Hieron. Rodriq. *in comp. qq. reg. res. 16.*  
 Dian. *tract. 2. dub. reg. res. 45.* Peyrn. Chass.  
 & alios.

Idem-

REGIA  
 VLARIVM  
 ET  
 IMENTARIUM  
 REGILAS  
 CELLARLAS  
 STOLICE  
 8

- 36 Idemq; dicas à fortiori de quibusvis alijs irregularitatibus, quando casus est occultus; & posse Prælatos regulares in his cum suis dispensare, nec privilegia hanc facultatem concedentia esse revocata, & ita docent Sanch. Roder. Beia & Barb. quos citat & sequitur Marchin. *de sacr. ord. tract. 1. par. 9. cap. 1. & 4.* Et post Trid. concessit Pius V. ut in superiori-
- 37 bus notavi. Occultum autem dicitur delictum, vel quando non est notum sub ratione delicti. Aut si non scitur, hunc esse authorè illius, aut si cum scitur, mutat locum & venit ad alium, in quo ignoratur, ut moment Marchin. *cap. 1. c. 11.* Hieron. *Rodriquez ref. 5. Cord. in sum. q. 34.* Vega *par. 2. cap. 15.* Portel. *v. abbas Sanch tom. 3. de matr. lib. 8. d. 35.* Bauny *in theol. mor. r. 8.* Et Martin. à S. Ioseph. *de aut. Guard. quoad dispens.* Vel etiam si sit notum, sed solum inter religiosos aut etiam si inter seculares simul, sed adhuc non deductum ad forum, secundum Chass. *tract. 4. cap. 1. prop. 2. & 5.* ubi citat Peyrin. vel si est notum solum paucis personis, & non maiori parti communitatis, unde in communitate v. g. 10. personarum, non sufficeret esse notum quinque ex illis, aut in populo- sa civitate, si esset notum 10. aut 20. secundum Navarr. *in man. cap. 27. num. 250.* Fagund. *de præcep. eccl. p. 2. lib. 8. cap. 8.* & Vgolin. *de off. episc. cap. vlt.* Vel etiam si non sit absolute, sed penè occultum secundum Nav. *loco cit.* vbi citat Gloss. in *cap. manifesta 2. quæst. 1.* quale dicitur quando est difficilis probationis secundum eundem Navarr. vel quando fuit quidem deductum ad forum, sed non probatum, ut ex Barbof. ait Gavant. *in lin. bir. episc. v. censura.*
- 30 An autem possit Prælati dispensare in delicto convicto post punitionem, & causa terminata; videtur mihi affirman-

dum, tum quia privilegia loquuntur un-  
versaliter tum quia praxis ita induxit.  
Et ita tenent Alph. de Leone, & Cancell.  
*supra cit. tit. & Chass. cap. 1. rem cit. prop. 7.*

Nota tertio circa alia privilegia, quo-  
rum vigore dicuntur posse regulares ab-  
solvè à suis Prælati à casibus Bullæ Ce-  
næ Domini, quod per annuam eiusdem  
Bullæ promulgationem revocari atri-  
mant Casar. *v. absol. num. 13.* Gurt. *d. 15. de  
com. diff. 3.* Barbof. *in collect. bull. v. casum  
Et v. regularis confess.* Et in *tract. de off. & p.  
Par. cap. 19.* Aulon. *in sum. v. absolu. à rito  
Confert.* & non pauci alij. Et ita S. Ce-  
din. Congregat. anno 1628. die 17. No-  
habito verbo cum sanctitate Urb. 111.  
declaravit, nullamq; fore & esse abso-  
lutionem datam ab illis casibus, præter  
quorumcunq; privilegiorum facti, qui  
illi sunt specialissimè reservati, qui  
non possunt dici comprehensi sub ge-  
nerali facultate absolvendi à reservatis,  
quia sub generali concessione non  
niant ea, quæ verisimiliter non esset  
concessurus. *cap. 81. de r. g. ur. n. 6.*

Sed his non obstantibus, ego contra-  
rium teneo, & valere adhuc prædicta  
omnia privilegia secundum omnem ten-  
rem, quia constat de legitima conce-  
sione, non autem de sufficienti abrogatione  
nā ad hoc quod dicitur facultatē generalem  
absolvendi à reservatis; non includi  
licentiā absolvendi ab istis postea nega-  
quia ubi jus non distinguit, neq; non  
stinguere debemus, deinde R. Prælati  
regulares non absolvere ab ipsis præ-  
neralem potestatem absolvendi à re-  
vatis, sed per specialia privilegia. *Idem  
Iul. III. & Pij V. data expressè & in spe-  
pro ipsis. Ad hoc verò quod dicuntur  
gulis annis revocari R. falsum esse,  
quia Pius V. suum concessit sub clausu-  
nullius unquam futura revocationis*

S. III.

De Pralatorum Iurisdictione quantum ad Correctiones.

S V M M A R I V M.

- 1 Pralati regul. possunt procedere in suis iudiciis remota appellacione & postpositis apicibus iuris.
  - 2 Hoc privil. fundatur in presumptione, quae dudum cessavit.
  - 3 Quomodo veniat intelligendum. & seq.
  - 6 Pralatus regul. potest sine scriptura proferre sententiam excom.
  - 7 Pralati regul. possunt prohibere apostatas, & eiectiones a confessionibus, & concionibus.
  - 8 Pralati regul. possunt a suis habitu spoliare.
  - 9 Pralati regul. possunt facinorosos subicere penis acrioribus, quam sint solita Ordinis.
  - 10 Ad carcerem perpet. vel trivemes damnare.
  - 14 Quod tamen improbat.
  - 11 Pralati regul. non habent ius in membra aut vitam eorum.
  - 12 Carcer pro regularibus debet esse mitior.
  - 13 Sin autem mors in eo acceleratur alicui, Pralatus est irregularis.
  - 15 Nunc illicitum expellere regul. ab ordine iuxta constitut. Urb. VIII.
  - 16 Et varie observationes super eam & seq.
  - 21 Non est proprie fugitivus nec expulsus ad hoc ut subiacet penis constitutionis, qui discedit non odio Ordinis sed ut vitet iniustam vexat.
- B**onifac. VIII. concessit Cisterciens. & Minorib. Bonifac. IX. & Iul. II. Dominican. Idem Iul. II. Minimis Eugen. IV. & Gregor XIII. Cassin. ut Pralati possint in suis correctionibus procedere postpositis iuris apicibus secundum constitutiones approbatas & laudabiles consuetudines Ordinis et remota omni appellacione etiam ad Sedem Apostolicam Et etiam dum agitur de depositione, de pena privationis officij ipso facto carceris, alijsq; arbitrariis Bullar. Cassin. const. 62.

& 205. Passar. in privil. sui Ordin. minim.  
 Beyrin. Bull. 15. Jul. 2. Casar. v. appellare Ca-  
 puccin. in idem v. & Barb. in collect. cap. ad  
 nostram. de appell. Et in vor. can. lib. 1. vor. 4. dub.  
 3. Nota autem, quod hæc & similia pri-  
 vilegia fundantur in præsumptione in-  
 tegræ & aequitatis Prælatorum, qui  
 præsumuntur cum tanta prudentia sua  
 monasteria regere, & cum tanta integritate  
 in suis iudicijs procedere, ut videatur  
 superfluum illos obligare ad legum  
 formalitates quæ non sunt inventæ, nisi  
 ad obviandum dolis & injustis sententijs,  
 aut concedere appellationem ab illorum  
 dispositionibus, in quibus nihil reformandum  
 posse inveniri, suadet ejusmodi in ipsis  
 præsumptio integritatis. At tamen ipsa  
 experientia & scandala nimis frequentia  
 docent (ad nostram confusionem) jam dudum  
 cessasse hanc præsumptionem, & cum ipsa  
 Privilegia supralata in illa sola fundata, &  
 jam passim ubiq; tribunalia sæcularia cognoscunt  
 de causis Regularium, habeturque ad ipsa  
 recursus & appellatio tanquam ab abusu.  
 Quod malum tollerari debet ad vitanda  
 maiora, ad quæ aliud remedium non  
 suppetit, nisi quis aut velit suadere ea,  
 quæ vel cogitare abhorret animus, vel  
 tyrannidem & oppressiones pessimas  
 approbare. Vide dicta ubi de privil. cler. v. 13.

3 Quod si quis ardentius institerit pro  
 talium privilegiorum mantentione, huic aliud  
 non opto (ad hoc ut ad saniorē mentem  
 redeat) quam ut permittat Deum sortiri  
 Superiorem injustum, vindictæ cupidum,  
 nihil non audentem &c. hoc est Angelum  
 Sathanæ, qui ipsum (etiam bene agentem)  
 colaphizet, prout est moris talibus. Interim  
 verò sciat esse communem Doctorum  
 sententiam, quod quando in jure rescripto,

vel privilegio committitur aliquod  
 gogium expediendum remota appella-  
 tione, intelligitur de frivola, quæ  
 terponeretur ad trahendas moras, &  
 eludendum iudicem, non si ad vitandum  
 injustum gravamen vel damnum  
 irreparabile, cum tunc spectet ad iustitiam  
 defensionem, quæ est juris natura.

Et similiter, quando committitur  
 gogium tractandum, postpositis iuris  
 picibus eximuntur quidæ Prælati a  
 malitatibus legum, sed non ab his, quæ  
 sunt juris naturalis, & de substantiis  
 dicit, ut cum c. in ani docent S. Anton.  
 in sum. p. 3. tit. 9. cap. 7. §. 8. Feder. de  
 conf. 55. Tusch. v. Visitatores. cond. 216.  
 alij per clem. pastor. de re iud. Unde  
 in annot. ad Casar. v. appellare. Dicitur  
 Superiores ad correctionem fratrum  
 apicibus iuris postpositis posse procedere,  
 intelligendum est ubi iustitia non periclitatur.  
 re Superiores per dicta verba non eximuntur  
 iure communi, ad quod Catholici tenentur  
 r. de conf. Nec ab eis quæ sunt de substantiis  
 essentia iudicij & iuris, ut sunt testes idonei  
 gitime probationes, exceptiones, legitimæ  
 sensiones, quoniam sine illis iudicium foret  
 quum, ubi audiretur impugnatio & non  
 sio &c. & Gisler. in iud. regul. cap. 11.  
 hoc ut Prælati regul. possit formare processum  
 contra suum Inferiorem, debet de iure  
 intervenire Actor. & eius petitio seu  
 ferens. Ciratio, Testes, iuramenti exactiones,  
 ceptiones legitimæ, dilaciones sufficientes,  
 municatio respectiva dictorum. Ciratio  
 diendam sententiam & iusta appellatio,  
 quæ conformiter S. Card. Congr. de  
 tavit, quod Prælati volens aliquem  
 fitare ad morum correctionem, non  
 nisi compilato processu & servatis de iure  
 dis penam ordinariam imponere. Farin.  
 par. decis. posth. 117. & 264.

Idem dico de illis particulis summa-  
re sine figura iudicij. Sub quibus causæ  
Regularium dicuntur ab ipsorum Præ-  
latis expediendæ; de quibus in cap. olim.  
de accus. Clem. dispendiosam de iudic. Clem.  
Cape. lemb. signif. Et in extrav. Henr. 7. quo-  
modo pro. in crim. las. Mai. Illa enim par-  
ticula summarie debet intelligi non dimi-  
nuere sed collectivè, ita scilicet, ut om-  
nia suprame morata, & quæ sunt de es-  
sencia iudicij serventur nullo omisso,  
sed sub compendio & maiori brevitate,  
summa enim ponit omnia membra, &  
cum non est summa, si desit aliquod; un-  
de Narrata in Clem. cir. sepe. §. que omnia n.  
39. Dicitur summarie, idem est quod breviter,  
tamen quod tota substantia comprehendatur.  
L. i. ff. de rer. divis. Hinc est quod qui aliquid di-  
cit in summa omnia membra principalia com-  
mentat. l. in summa. ff. de cond. indeb. Ex quo  
iuri Barib. in extrav. Henrici VII. Doctores  
dicunt. Et maxime Imola, quod in tali processu sum-  
marie, nihil debet de substantia omitti. Ita ultra  
predictos Rosell. can. quidam Episcopus.  
2. quest. 1. Innoc. cir. cap. olim. & Lan-  
tang. cir. Clem. sepe.

Leo X. concessit Minorib. ut Præla-  
tus volens aliquem fratrem excommu-  
nicare non teneatur profere sententiã,  
in scriptis, ut in iure statuitur sub certis  
pænis. Casar. v. absol. ord. quoad frat. Ve-  
rum hæc potestas excommunicandi fuit  
limitata Prælati Regularium, in decre-  
to Clem. VIII. de caluum reservatione,  
inter S. Cardin. declaratione dixi §. 1.  
v. dico nem posse.

Eugen. IV. concessit Cassin. Sixt. IV.  
Domin. an. Alex. & Innocent. IV. Mi-  
nimo. & Iul. II. Minimis, ut ejectos &  
apostas à suo Ordine possint sub pæna  
excom. prohibere concionari & con-  
fessiones audire. Novo autem iure Ur-  
banus VIII. tales insuper suspendit ab

omni sacrorum ordinum Ministerio, ut  
infra diceretur.

Pius IV. per Oraculum concessit Cas-  
sin. ut suos apostatas redeuntes possint  
habitu Religionis spoliare, & in suis  
grangiis seu aliis locis alicui officio  
mancipare exercendos. Bullar. Cassin.  
const. 181.

Pius II. concessit Carmelit. ut fratrem  
criminosum possint subijcere pænis nõ  
modò in Ordine solitis, sed etiam acro-  
ribus, & hoc tam per se, quàm per loco-  
rum ordinarios vel iustitiæ ministros,  
infra tamen ultimum supplicium, vel  
mutilationem. Et modò quòd si torturæ  
subijci debeant, id non fiat, nisi de con-  
sensu, & in præsentia duorum Patrum  
antiquiorum Ordinis. Casar. v. apostata.  
num. 18. & Lud. Molin. to. 6. de iust. tr. act.  
§. d. 7. num. 4.

Pius V. concessit Ordini S. Hieron. 10  
ut Capitulum generale, vel Ordinis ge-  
neralis de consilio fratrum seniorum pos-  
sit fratrem reum condemnare, vel ad  
carcerem perpetuum, vel triremes per-  
petuos ob delictum, pro quo secundum  
leges morte puniretur. Et similiter Cle-  
mens VII. dedit Minimis potestatem  
mittendi facinorosos suos ad triremes.  
Cappuc. in annot. ad Casar. v. eijcere. &  
Cannart. in sum. priv. min. ex schol. passar.

Nota autem circa hæc & alia similia. 11  
Quod olim quidam tyranni Abbates ven-  
dicabant sibi jus excæcandi & debilitã-  
di suos Monachos, quod statim fuit pro-  
hibitum à Carolo magno, & Concil. 2.  
Francofort. can. 18.

Secundò. Quod quidam ex Societ.  
Iesu. Franciscus Amicus, æquè indecè  
ac temerè attribuit Prælati Regulariũ  
jus vitæ & necis in ipsos dicens posse  
illo hunc occidere, qui suum Ordinem  
diffamat vel parat diffamare seu falsa

Et imo-

REGIA  
BIBLIOTHECA  
ET  
MUSEUM  
MUSEUM  
REGULAS  
CELLARUM  
STOLICE  
CASSINENSIS

imponendo, seu vera revelando sed hæc doctrina non invenitur in Evangelio, neque in Regulis Sanctorum, qui Ordines fundarunt. Et cū alia media tuendi honoris suppetant: Et aliās ex tali doctrina sequantur infinita absurda nō modo, sed via aperiatur infandis sceleribus (cū liceat aggressores prævenire) merito ideo Doctores Lovanienses eundem Amicū damnarunt. Et S. Card. Congr. supremæ inquit. Eiusdem generi humano inimicam opinionē iterum damnatam ex operibus eius deleri iussit. Et quantum eius Tomum inter libros prohibitos reposuit. Certè quā impīolīim fuerint Longobardi, & quanta mala intulerint, tum Monachis, tum etiam universali Ecclesiæ satis scitur. Et tamē cūm potuisset eos perdere S. Gregor. satius iudicavit cum humilitate & patientia eorum persecutionem tolerare, quā vel in unius necē conspirare. Si ego (inquit) in morte Longobardorum me misere voluissim, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa esset confusione divisa, sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me misere formido. Sic loquuntur, sic agunt viri Apostolici, & qui Evangelii perfectionem profitentur. Quia Deum timeo in mortem cuiuslibet hominis me misere formido. Ergo qui se miscet, Deum non formidat. Quōd si nec timorem Dei (qui est initium Sapientiæ & fidei Christianæ) habet Amicus, cuius jam societatis erit dicendus; & qui eius opinionē sequuntur, an Iesu ne utiquam, quia hoc Iesus non docuit, sed Assassinatorum & Turcarum, quorum ut sanguinolentiam imitantur, & finem debent expectare.

12 Tertiō. Quod quantum ad pœnam carceris. Gloss. in extravag. vas electionis. §. in apulia. de cens. sapienter monet, non

esse Religiosos instar latronum in carcere detrudendos *ca. ea qua de stat. Mon. l. m. addo ego quod regulariter pro Religiosis carcer debet esse mirior quā pro laicis. Quōd si aliquis Prælatu detrudat aliquem in tam malè sanum carcerem vel tam malè illum in eo tradat ut mors ei acceleretur, fit irregularis quā homicida & omnes qui quomodo docant; illi cooperari sunt, ut docet Panormit. cap. cum non ab homine. de iud. l. tota. de Ligno. clem. 2. de pen. & rem. Ang. in sum. v. irregularitas. Vi vald. & alii. Brunell. in cap. 1. de homicid. p. 5. n. 4. sic loquitur notabiliter Si (inquit) carcer Ecclesiasticus est in horridus, arduus, & ut illic existentes moriantur, tunc Prælati Iudices non evadunt irregularitatem. Panormit. in cap. novimus de verb. signifi. idem dicit, si panis ministratur in tam modica quantitate, quōd non sufficiat ad sustentationem, lex civilis adde & canonica Conc. 5. Avrel. 20. vult, quōd debeant singulis diebus Domini Iudices miserere carceres, ne illic vel humanitas vel alimonia desit. l. Iudices Codice de Ep. & alibi eadem lex civilis vult, quōd in carceribus non debeant tradi manice ferreae, imbutæ ossibus, sed prolixiores catena. Ac non carcerati tenebris carcerum perimantur, debent ipso solis exortu ad lumen adduci, & ubi minaverit custodiam in vestibulo carceris ac securioribus loci reduci. Hactenus Brunell. cuius utinam doctrina, utinam in quibus incipiunt sibi semper locū inveniret apud eos, qui perfectionem Evangelicam mansuetudinem Christi profitentur.*

Quartō. Quod quantum ad pœnam trirremium. Aufser. in Clem. 1. de off. in pra. v. trirremes. Clar. quest. 70. l. Mol. tract. 5. de iust. d. 7. num. 4. Et nonnulli alii putant, etiam de iure communi, & seculis privilegiis posse Regula



ad addici à suis Superioribus. Attamen  
Narret. in com. 3. de reg. Bene monet. Sa-  
tis est alienum à charitate fraterni. & pater-  
nitatis inter Regul. habendæ simul, & à consue-  
tudinibus SS. Augusti. Bened. Bernard. Francis.  
Dionysii. & aliorum Regularum Institutorum  
hæc penam infligere. Quin & Vivald.  
in casu 3. tit. de degrad. n. 41. ait Satius  
est religiosum reum. Inter artos include-  
re vel muros, ubi squalore, inedia, cor-  
dibus & animi oppressi moreretur afflictione,  
quam per diem unum tremib. mancipare. Nō  
quod velit ut Regular. sic in occultis car-  
ceribus occidantur, sed quod utroq; ma-  
lo ad invicem collato, istud ( licet aliàs  
abominabile & omnimodis detestandū )  
minus illo tremium; & hoc propter  
rationes & inconvenientia, quæ ibi gra-  
viter enarrat, ut Prælatos regulares a-  
vertat ab hoc pænæ genere intelligendo.  
Quod absolute illicitum in Gallia affir-  
mat Chaff. tract. 3. cap. 4. prop. 2. Et ego  
quoque propter constitutionem Urbani  
VIII. de Apost. & ejectionis. Mittre enim  
ad tremes est de Ordine eijcere, quod  
per illam constit. prohibetur, nisi serva-  
tis certis circumstantijs, quæ non possent  
servari respectu illius qui mitteretur. Fa-  
cit quia mittere ad tremes debet prius  
degradari, & privilegio Clericali privari,  
quod non invenitur concessum Prælati  
Regularium, facit item, quia pænâ trire-  
miam aequiparatur morti, & non im-  
ponitur nisi à Principe habente jus gladij,  
quod similiter non habent Regularium  
Prælati.

Verum quia supramemorata Privileg.  
videtur obviare, ideo ego nunc me fun-  
do præcipue in const. Urb. VIII. quæ ad-  
mittit necesse est dicere, simul per eā ab-  
rogata esse dicta privilegia, nam cum  
præter illam infamem pænâ tremium  
quæ Pontifices dedissent singulis Or-

dinibus potestatem eijciendi incorrigibi-  
les, quæ licentiâ nonnulli Prælati pessimè  
abutebantur, volens hac in parte felic.  
record. Urban. VIII. adhibere remedium  
anno 1624. die 21. Sept. vocatis & auditis  
super hoc Ordinum regular. Prælati &  
Procuratoribus edidit constitutionem,  
cuius hæc summa: Nullum Regular. posse in-  
posterum eijci, nisi sit verè incorrigibilis, qualis  
non censetur, nisi concurrant omnia, quæ ex  
juris communis dispositione ad hoc requiruntur,  
& insuper unius anni spatio sit probatus in car-  
cere & in jejunio & penitentia. Post quod anni  
spatium, si perseverat induratus poterit eijci, ve-  
rum non nisi à Generali Ordinis, & de consilio ac  
consensu sex Patrum ex gravioribus eiusdè Ord.  
instructo processu, & plenè probatis causis expul-  
sionis ad sacrorum Canonum præscriptum. Ad  
quam pænâ non deveniatur, nisi tentatis prius  
omnibus medijs lucrands animam errantem, ita  
tamen ut servetur c. fin. de regul. put. a quod Præ-  
latus teneatur recipere expulsum redeuntem, si  
emendationem promittit. Sub pena nullitatis  
omnium, quæ in contrarium gesta fuerint priva-  
tionis omnium officiorum ipso facto vocis act. &  
pæns. & perpetue ad illa inhabilitatis. Interim  
verò dum expulsus manet extra Religionem, sit  
subditus Episcopo, & suspensus ab omni sacrorum  
Ordinum Ministerio. (a)

Paret igitur quod hac constitutione  
admissa nō potest aliquis damnari ad tri-  
remes, cum debeat recipi quacūque ho-  
ra, promittit emendationem &c. Sed &  
circa eandem const. ego aliqua observo,  
& primò quidem, quod Chaff. tract. 4. c. 6.  
pr. 9. ait illam nō obligare saltem quado  
apparet reum non esse emendandum per  
ea, quæ in illa præcipiuntur. Sed ego

(a) Per hanc constitutionem tollitur jus Domini-  
e. in quorum const. l. 1. c. 19. dicitur incorrigibilis,  
qui nec culpas timet admittere, & pænas recusat  
ferre. Et Minorum apud quos talis dicitur qui ter  
convictus & punitus, in istdem criminibus equali-  
bus aut gravioribus persistit sine spe emendationis.



- 10 Abbas celebrans pontificaliter potest sibi Sedem statuere, & qualem.
- 11 Et de super baldachinum & quale & quoties.
- 12 Abbas celebrans Pontif. potest habere Assistentes & quot & quales.
- 13 Abbas celebrans Pont. potest in fine dare Indulgentias.

Pontificalia de jure & ex sua primava institutione fuerunt concessa solis Episcopis, verum ex quo ceperunt Abbates inter Prelatos recipi, & Episcopis aduari etiam & pontificalium insigniorum usus fuit illis concessus, quibusdam omnium, quibusdam aliquorum tantum, & quidem Petr. Blesens. in epist. sua 90. meriens Abbates ad primam humilitatem ac simplicitatem Monasticam culpat in eis pro suo zelo usum pontificalium, & de facto ex his motivis humilitatis & simplicitatis monasticae fuit olim interdictus in Congreg. Bursfeld. ut videre est in eius constitut. cap. 18. Verum non ita repugnant pontificalia humilitati monasticae, quin sacro foedere possint sociari, Omnis autem his, quae pro, & contra hac in parte possent allegari, & privilegijs pro communibus insignijs Mitra, baculo, sandalijs, &c.

Celestin. V Eugen. IV. Ac novissime Paul. V. per B. qua incipit: Ex iniuncto nobis. Sub dato año 1606. die 9. Decemb. concessit Abbati Generali Celestiniorem facultatem portandi habitum Praelatorum Regularium hoc est Capuceium seu Mozettam, Mantelletum, Biretum clericale, & Pileum praelatitium. Abbates vero Montis Cals. Sancti Pauli de urbe Causa, &c. habent privilegium portandi capam, & habendi caudatarium, quando veniunt in ecclesiam ad celebrandum pontificaliter.

Ego tamen adverto multum valere, ne dicam

Monasterijs fugiunt, parum fuisse deo, parum humiles, parum obediens, ut clarius loquar parum potuisse, parum dissimulare (quis enim heu vere humilis, vere obediens?) Superiores vero fratresque ipsorum in charitate & dilectione erga ipsos defecisse, imperata, ut medius, & violenti & precipites plus in suis ordinationibus fuisse, adeo non raro de uno Monasterio fugam, qui in altero fuisset quiete mansueta obedientiam unius Praelati detrectet, pro altero nihil non fecisset, suo igitur officio discedit, verum non solo, sed Praelati vel Fratrum, atque ideo non formaliter neque in rigore fugitivus, qui proprie non fugit nec deserit Religionem, sed indiscretum Praelatum, Fratremque adversarios. Neque sic est obnoxiosus constitutionis panis, nam pati iniuriam, vexationem, est quidem consilij, tamen obligationis, vide dicenda, ubi de disciplina in alium Ordinem.

CAPUT XXIV.

Circa Pontificalia.

SUMMARIUM.

Pontificalium est proprie Episcoporum. In aliis ab aliquibus culpatur ibid. de habitu ramentum. Alii aliqui habent usum mozetta, mantelleti, pilei praelatitij. Alii quibus plurimum valet consuetudo, de qua exempla proponuntur. Abbas tamen ad celebrandum, potest per viam huiusmodi celebrare populo. Non tamen associari a Monachis, in quo est irregularitas. Abbas potest in tribus officijs solemniter benedicere. In praesentia cuiuscumque etiam Cardinalis.

REGIA  
BIBLIOTHECA  
MONTIS CAESI  
CELLARUM  
ISTOLICAE



dicam totum facere æstimationem nostram, in eiusmodi vestibus pralatijs, quas licet aliqui habeant ex privilegio & magno favore Sedis Apostolicæ alij tamen ipsdem solafreti consuetudine utuntur, nam Biretum & Mozetta, ne dum Abbatibus sed simplicibus monachis in multis provincijs sunt quotidiano in usu, ut apud antiquos Cluniacenses Mantellum verò pro cuculla, quoties in publicum prodeunt, in provincia Taraconensi portant Abbates Congregationis, quæ dicitur Conventualium, nostri Ordinis Sancti Bened. Imò tam ipsi, quàm sui Monachi loco tonsuræ monasticæ utuntur ibi rasura Episcoporum more, & Episcopalem non monasticam coronam portant, & sic de cæteris.

- 6 Abbates accedendo ad Ecclesiam seu altare ad celebrandum pontificaliter possunt per viam benedicere populo eo modo, quo Episcopi. Hoc privilegium non invenio datum alicui in specie, attamen iuste, & cum optimis rationibus astruitur à Tambur. *to. 1. de iur. abb. d. 21. quest. 8.* Tum quia possunt plus, nempe solemniter in Missa benedicere. Tum quia Urban. II. concessit Abbati Civæ, aliique Pontifices alijs Abbatibus erga suos subditos, & in suis Ecclesijs quidquid possunt in suis Episcopi, excepta collatione Ordinum, consecratione crismatis aut altarij consecratione, ergo possunt benedicere, quia exceptio firmat regulam. Refert tamen Tamb. *loco citato.* S. Card. Cong. an. 1613. die 11. Decemb. (\*) declarasse Abbatem venientem ad celebrandum pontificaliter, non esse associandum à sua domo, vel excipiendum in porta Ecclesiæ à monachis, ut pro Episcopis faciunt Canonici, in quo variæ sunt Monasteriorum

consuetudines, & alicubi penitus contra declarationi.

Inocent. VIII. dedit Abbati Cisterciensis facultatem benedicendi populo solemniter, per universum suum Ordinem matutinis, Missa & Vesperis. B. quæ incipit: *Exposit. tua.* expedita anno 1483. 9. April.

Sixt. IV. autem jam sex annis hoc est anno 1483. die 17. Cal. Octobris dedit Præposito S. Mariæ pacis Urbis Congreg. Lateran. facultatem benedicendi in Missa solemniter, etiam præter Episcopo, & quovis alio, & secundo hoc Gabr. Pennot. in *hist. tripart. cap. lib. 3. cap. 33.* refert quòd anno 1614. Jul. Præpositus qui tunc dicto monasterio præerat, solemniter benedixit in præsentia 12. Cardin. ; in fine suæ præsentationis.

Abbas celebrans pontificaliter sibi Sedem statuere in plano Præpositi cum duobus gradibus, spanno coarctato, & postergali de panno seu serico levi, ne auro coloris convenientis festiva ex declaratione S. Congreg. sub anno 1617. die 18. Mart. Non debet tamen Sedes esse fixa, nec habere plures gradus quàm duos; Imò neque suppedaneam eadem declaratione, & alijs subsecuta videri possunt apud Margar. in *Cast. const. 277.* Tamb. *to. 1. de iur. abb. d. 21. q. 10.* & Barb. *de off. & pot. ep. par. 1.*

Abbas celebrans pontificaliter possit habere baldachinum, seu umbellam, per suam Sedem ex serico simplici & auro. Quem usum antiquum invenio in Congreg. Cassinensis, in iudicio contradictorio S. Rituum Congregat. præter dem Abbatibus & tribus festinantibus anni præcipuis, confirmavit primò anno 1618. die 12. Martii, & rursus anno 1628. die 2. Aug. Ac tertio anno 1628. die 1. Ian. Tum quartò Urban. VIII. anno 1628.

(\*) B. quæ incipit: *cum universos.* apud Baron. t. 11. pag. 662.

1179. die 11. Jul. per B. qua incipit : Exp.  
min. Qua est ordine 303. in Bulla eiusd.  
Congreg. Cassin. Quam eandem gratiam  
eandem S. Congreg. variis Abbatibus in-  
dultis. tempore Olivetanis anno 1729. die 4.  
April. Vallumbrosanis, die 31. Martij eiusdem  
temporis Celestin. die 30. Iunij eiusdem  
temporis Camaldul. die 15. Sept. an. 1932.  
& Congregat. Lateran. die 15. Ian. an.  
1671.

Abbas celebrans pontificaliter po-  
test habere sibi assistentes duos Diaconos  
& Presbiterum, Diaconum & Sibdiac.  
canonici Evangelio & epist. Et sex alios:  
tempore duos cum pluvialibus, duos cum  
pallibus, & duos cum tunicis, qui sedent  
in loco congruo juxta Ecclesiarum situm  
super scabellis, ad hunc effectum positus  
& panno laneo coopertis. Et ita pro Ab-  
batibus Congreg. Cassin. S. Cardin. Con-  
greg. declaravit an. 1628. die 29. Jan. Et  
anno sequenti 1629. die 11. Jul. Urban.  
VIII. confirmavit per B. supra memora-  
tam, qua incipit: Exponi nobis.

Abbas celebrans pontificaliter potest  
sine Missa dare indulgentias quadra-  
genta dierum eo modo, quo Episcopi.  
anno 1714. Urban. IV. concessit primum  
Abbatibus montis Virginis, Tum secundo  
Bened. IX. Abbatibus Sancti Fridiani Lu-  
centis Congreg. Lateran. Ac tertio Pius  
VI. Abbatibus Abbatibus eiusdem Congreg.  
Lateran. Quod iam alijs Abbatibus alia-  
rum Congreg. per viam communicatio-  
nis communicare affirmat Tambur. 10. 2. de  
jur. ab. d. 2. q. 2. Vide dicta ubi de Indul-  
gentiis.

CAPUT XXV.

Cura Regulae Observantiam.

SUMMARIUM.

Abbas Monachorum possunt declarare regulam  
s. Bened. & statuta super ipsam edere, ac

edita mutare salvis essentialibus.

- 2 Constitutiones Cassin. non obligant sub peccato
- 4 Constitutiones pontificiae pro reformatione Regu-  
larium non comprehendunt Cassinenses & 7.
- 5 Abbates Cister. & Cassin. possunt indulgere car-  
nes suis Monachis, & permittere continua-  
tionem vsus carnum.
- 6 Monachi Congreg. Vallisole. possunt dormire  
cum sola staminea, &c.
- 8 In regula Sancti Bened. sunt aliqua essentialia,  
& non sufficit Monachis ad salutem servare  
sola precepta decalogi.
- 9 Potestas statuendi data Praelatis regul. intelli-  
genda de moralibus.
- 10 Et hac secluso privilegio illis competit.
- 11 Quo pauciora statuta sunt apud regul. eo me-  
lius.
- 12 Praelati regul. nihil possunt statuere contra tex-  
tum Regulae, neque contra eius substantialia,  
neque contra leges fundamentales suarum  
Congregationum.
- 13 Negi: contra ius commune, aut constitutiones  
pontificias.
- 14 Potestas data Praelatis regul. ad mutanda sta-  
tuta intelligenda de his, quae non sunt confir-  
mata a Papa.

**M**artin. V. Eugen. IV. Alex. VI. & 1  
Leo X. Cassinensibus, Clem. VII.  
& Paul. III. Camald. Alijque Pontifices  
Patribus Congreg. Vallisole. dederunt fa-  
cultatem declarandi Regulam, in capi-  
tulo statuendi, ordinandi, declarata sta-  
tura, ordinata alterandi prout pro tem-  
pore visum illis fuerit melius ad utili-  
tatem suae Congregat. & manuten-  
tionem observantiae. Absque tamen  
variatione substantialium dictae Regulae.  
Bullar. Cassin. const. 48 50. 53. 110. & 129.  
& B. quae incipit: Rationi congruit. quae  
habetur in constitutionibus Camald. im-  
pressis Romae.

Deinde vero Eugen. IV. favore eorum- 2  
dem Cassin. voluit nullas constitutiones  
seu

REGULA  
VALLISOLE  
ET  
MONTIS VIRGINIS  
REGULAS  
CELLARUM  
STOUCHE  
CASSINENSIS

seu Capituli, seu Visitatorum, seu Prælatorum localium, obligare ad peccatū citra contemptum. B. quæ incipit: *Regulam vitam*, quæ est 62. in bullar. Margar. Et apud Roder. 9. inter bullas eiusdem Eugen. Fallit tamen hæc dispositio respectu articulorum constitutionis Clem. VIII. quæ incipit: *Commissum nobis* quia ad illos obligat dictos dominos meos Cass. sub præcepto formali, & mandat servari in virtute S. obedientia.

4 Clem. VIII. sancivit pro Cassin. nullas futurorum sum. Pontificum reformationes vel constitutiones pro reformatione Regularium edendas, afficere eorum Congregationem nec per illas ipsius constitutionibus proprijs, aut observantia derogatum iri, Monachosvè ad illas obligari. Voluitque hoc decretum suum semper durare, adeo vt per nullam suorum successorum constitutionem censeatur unquam illi derogatum, nisi inserto tenore ejus de verbo ad verbum, & facta expressa mentione dictæ congregationis. B. quæ incipit: *Commissum nobis*, quæ est 245. in bullar. Margar.

5 Sixt. IV. an. 1475. ibid. Decemb. dedit Abbatibus Cisterc. facultatem indulgendi carnes suis Monachis B. 47. eiusd. Sixti apud Roder. Idem concessit Paul. III. Congreg. Vallisfol. *privil.* 87. in eius Bullar. Et Greg. XIII. anno 1582 die 15 Decemb. concessit Cassin. continuationem carnis in monasterijs in quibus introductæ erant. Et hoc etiam in Refectorio regulari. B. 220. apud Margar. Deinde Paul. V. anno 1608. die 25. Mart. eundem usum carnis confirmans iisdem Cass. moderata bulla Gregorij voluit, ut extra refectorium regulare ijs vescerentur B. 266 *ibid.* Bened. verò XII. sua constitutione quam vocant benedictinam universaliter statuit cap. 26. pro Ordine S. Bened. ut

partito conventu alternis vicibus in omnibus indulgant Monachi, & abstinent colant.

Ludovic. Episcopus Tarvisinus, Romæ sub Eugenio IV. panitentia apostol. eiusdem Eugen. autoritate concessit Monachis Congreg. Vallisfol. ut extra Monasterium possint ducum sola staminea & scapulari. B. eiusd. Congreg. *privil.* 48.

Nota autem primò circa constitutionem Clem. VIII. quòd illa fundata præsumptione observantia vitata dicta Congreg. Cass. atque ideo illam indigere alijs ordinationibus. Vnde Urban. VIII. anno 1631. die 5. Novemb. declaraverit, quascunq; constitutiones apostolicas comprehendere quoscunq; Regulares quibuscunq; Privilegijs quacunq; forma concessis manentibus si specialiter in illis exciperentur rogat dicto Clementis decreto, & per censentur Cassin. à quibus constitutionibus excepti, nisi illud reverentia servata formâ in illo præscriptâ, pro vide dicenda sect. seq. dub. 6. At illi ablit observantia deficeret in dicta Congregatione Decretum Clementis in ea non haberet, sed Urbani VIII.

Nota secundò. Circa privilegia larandi Regulam S. Bened. *salvo quibus* aliqua illi esse essentialia, ideo, vt aliquis dicatur Benedicti filius, ac censentur sua conscientia & obligationi satisfacere sufficere, vt servet præcepta decalogi tenet Caram in coment. in eandem S. Bened.

Nota tertio. Quòd illa potestatis di non intelligitur nisi de statutis libus, ad quæ condenda conceditur hoc potius, vt magis spontaneè plantur ab inferioribus, & in maiori

vetaria habeantur, quam ob aliam cau-  
sam. Nam etiam seculis privilegijs, Prae-  
lati & Capitula Regularium possunt ferre  
leges & statuta condere pro manuten-  
tione suorum Ordinum, proat rerum  
& temporum status exigit, arg. c. si quis  
de cap. de Maior. & ob. c. fin. de his  
quae in ma. par. cap. 2. de Locat. cap. ut  
animum de const. in 6. Et it. de decret. ab Ord.  
fac. iust. Et ita docent Barth. l. omnes po-  
puli. ff. de iust. & iur. D. Thom. 2. 2. quest.  
1. 4. 7. Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 7. & lib.  
4. tit. 5. cap. 9. Sylv. v. lex. 4. & alij.  
Nam ut discurret Bannez 2. 2. quest. 1. ar.  
1. ad 1. hoc ipso quod Papa erigit, seu  
approbat aliquem Ordinem vel Congre-  
gationem, censetur dare Superioribus  
omnem potestatem eis necessariam re-  
gularis subditis, atque ideo promulgandi  
et leges. Quod tamen pauciores fiunt, eo  
quod melius, quia ut dicitur in statutis Ordin.  
S. Guillel. Ducis Aquitaniae. Ann. 1257.  
editis. Multa praetercepta, multas transgressiones  
sane dignoscuntur. Et varietate mandatorum  
siquae turbantur conscientiae subditorum. Quin-  
to in suo chron. ait Damasus Papa. Quan-  
tum a statuta faciunt maiores Religiosorum,  
tam plus Regulam confundunt. Et ita expe-  
riencia docet.

damentales in quolibet Ordine seu Con-  
gregatione, tenent locum juris commu-  
nis. At quod est.  
Quarto notandum, non possunt Prae-<sup>13</sup>  
lati quidquam statuere contra disposita  
in iure communi & sacris Canonibus vel  
per Ipeiales constitutiones sum. Pontif.  
arg. cap. quod super his, de ma. & ob. & cap.  
dilectus, de temp. Ord. Et eorum, quae docent  
Navar. & Mirand. supracit. Laudun. in  
rubr. de off. ord. in Clem. Barbof. de off. & pot.  
ep. p. 2. all. 33. & p. 3. all. 93. Et plures alij  
quos citat & sequitur in collect. ad l. forma  
C. de off. praef. praet. orient. Ubi sic ex ipsis  
loquitur: habens potestatem condendi legem,  
non potest contra jus statuere. Et rursus ibid.  
Potestas condendi legem data alicui intelligitur,  
quod contra jus commune aut legem Superioris  
aliquid statuere non possit.  
Quod vero in eodem privilegio datur <sup>14</sup>  
potestas mutandi statuta intelligi debet  
de his, quae naturam non mutaverunt.  
Nam si fuerunt confirmata à Papa jam in-  
cipiunt habere robur ab ipso, quia nostra  
omnia facimus, quibus auctoritatem im-  
partimur. Unde cum inferior non possit  
mutare disposita à potestate maiori re-  
linquitur, quod statuta confirmata à Papa  
non possunt mutari à Capitulo vel Prae-  
latis Ordinis. cap. cum inferior. de Maior. &  
ob. Clem. ne Romani de elect. arg. cap. cum  
accessissent. de const. Bald. l. omnium. C. de  
testa. Ancar. conf. 322. Mirand. quest. 29.  
cit. ar. 8. ubi citat Navar. Et Barb. de off.  
& pot. ep. p. 2. alleg. 34. Ubi citat Sayr.  
Sanch. Asor. & Bortam contra Barth. l.  
omnes populi. ff. de iust. & iur. Cuius tamen  
opinionem ego admitterem, si statuentes  
vellent redire ad jus commune. Quod  
licitum dicit Crot. in cap. ad nostram.  
apell. & Panormit. conf.  
25. vol. 6.

REGIA  
VLAUVNA  
ET  
MENTARIUM  
REGILAS  
CELLARIS  
STOLICE  
CUM  
8



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## CAPUT XXVI.

Circa Sacra.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares Laici vel in Sacris non existentes possunt cum licentia suorum Superiorum res sacras contingere.
- 2 Hoc in necessitate urgente licitum omnibus seculo Privilegio.
- 3 Etiam respectu S. Eucharistiae.

1 Eugen. IV. & Paul. V. concessit Casim. Calixt. III. & Sixt. IV. Minorib. & August. ut Fratres eorum Laici vel Clerici nondum sacris initiati, deputati Officio Sacristiae, seu alteri simili possint cum licentia Superiorum contrectare calices, corporalia, & res alias sacras, easque lavare cum opus fuerit. Casar. v. ornamenta. Confett. Bulla 9. Sixti IV. Rod. to. 1. bullar. in orac. eiusdem Sixti. Nota autem, quod in necessitate v. g. in incendio, incurso hostium, & generaliter ubi subest periculum irreverentiae seu profanationis talium rerum potest quilibet etiam Laicus, imò & famina eas contrectare, v. g. ad abscondendum. Quin etiam ipsum SS. Eucharistiae Sacramentum. Aut etiam ipsum consumere, & se cum illo communicare. Gloss. cap. pervenit. d. 2. de cons. Chapeauvil. de modomin. sac. cap. 4. quest. 6. Zambr. in decis. aur. cap. 3. dub. 7. Coninch. 3. par. quest. 83. ar. 3. & communiter alij.

## CAPUT XXVII.

Circa Studia.

## SUMMARIUM.

- 1 Occupati studiis sunt liberi ab horis, & satisfaciunt dicendo certum Psalmorum numerum.

- 2 Inter Regulares docenda lingua.
- 3 Et in his periti debent in promotionibus promovendi.
- 4 Generales Ordinum possunt conferre Doctoratus quibusdam suorum s. c. c.
- 7 Item & Professores S. Facundi.
- 8 Et PP. Societatis Iesu.
- 9 Regulares non sunt promovendi ad Doctoratus vel Pralaturas, nisi linguis studuerint.
- 10 Doctores regulares non debent frui Privilegio, nisi actu legant vel concionentur.

Clem. VII. concessit Theatinis Cupatis studijs Theologiae vel Canonum, ut satisfaciunt pro horis Dominicis recitando certum Psalmorum numerum per Superiorem illis praefigendum non minus septem aut sex, aut orationem Dominicam septies cum symbolo stolorum bis. Roder. to. 1. quest. 42. Portel. v. hor. & Can. num. 18. Capucina annot. ad Casar. v. officium. diu. & quae citat Garcias. Vide dicta ubi de horis.

Et in super nota quod An. 1610. Jul. Paul. V. seu S. Cardinal. Congreg. habito cum eo verbo sancivit, ut in omnibus Ordinibus doceatur lingua Graecae, Hebraeae, Arabica, Caldaica & Illud. Et ut caeteris paribus illi ad officia Pralaturas praeter alijs promoveantur, quibus de eiusmodi linguis callent. Quod decretum eadem S. Congreg. de propaganda fide de speciali mandato die VIII. postea innovavit An. 1623. die Octob. Et ne forte oblivione deperisset semper in Capitulis generalibus Provincialibus legi. Et ante ipsorum Capitulorum solutionem à Generali Provinciali super eius observantia sub pena privationis vocis act. & ipso facto incurrendae. Tum deinceps, quae novo tamen pracepto huiusmodi decreti eosdem Regulares comminavit eadem S. Congreg. Anno die 11. April.



Bonif. IX. concessit Dominic. ut Generalis in Capitulo generali possit ad Magisterij honorem promovere unum eius diligentem examine probatum, qui deinde seu intra, seu extra Ordine gaudet omnibus prerogativis Doctorum Facultatis Parisiensis, perinde, ac si in ea accepisset gradum. Item & Jul. II. Eidem Generali dedit facultate assumendi duos locos, Secretarium unum, & alterum Provinciale terrae sanctae, quos ad Baccalariatus seu Magisterii gradum promoveat. Casar. v. gradus schol. & v. Generali. Et Roder. to. 2. 99. Reg. 74.

Pius V. concessit Praesid. Congr. Val. facultate promovendi suos ad gradum Magisterii artium vel Doctoratus in Theologia, postquam suos cursus abierunt. Bullar. eiusd. Congreg. B. quae incipit: Regimini, quae est ibi Ordine. Item Clem. VII. pro eadem Congreg. concessit, ut ab his qui legunt in studio Sacrae, possint eodem gradus cum his insigniis conferri. B. quae incipit: in eod. Bullar.

Jul. III. & Pius IV. Ac tertio Greg. XIII. per B. quae incipit: Quanta in vinea. Com. Societ. Jesu facultatem promovendi ad Magisterium artium, aut etiam Doctoratus in Theologia, tam suos, quam pauperes, aut etiam divites, quos ad illos studuerunt, si Professores Universitatu detrectant illos admittere ad eummodi gradus, soluti ipsis suis iuribus, atque sic promoti gaudeant omnibus Privilegiis, quibus gaudent promoti in Universitatibus publicis.

Nota autem, quod S. Congreg. Cardin. suo supramemorato decreto Anni 1623. censuit non esse imposterum Regulares promovendos ad gradum Doctoratus vel Superioritatis, nisi ultra contentum Theologiae cursum, & alia requi-

sita secundum cuiusque Ordinis constitutiones, studuerint salte per biennium uni ex linguis supramemoratis in eodem decreto. Secundo quod Clem. VIII. in decretis pro reformatione Regularium apud Quarant. n. 16. statuit, neminem, qui sit promotus ad aliquem gradum, debere gaudere eius privilegii, nisi actu legat aut concionetur.

CAPUT XXVIII.

Circa Transitum ad alium Ordinem.

SUMMARIUM.

- 1 Camaldul. possunt recipere quoscunq. de Ordinibus Mendic. & ad Praelaturas promovere.
- 3 Cassinenses nullo pretextu possunt se subducere a sua Congreg.
- 4 Regularis discedens a suo Ordine potest ubique capi a suis Superioribus excommunicari &c.
- 5 Receptantes eos qui discedunt de suo Ordine excommunicantur.
- 6 Qui discessit a Congreg. Cassin. potest obligari ad mutandum habitum.
- 8 Praelati Cassin. non tenentur eum recipere, qui a sua Congregat. recessit.
- 14 Praelati regul. possunt licentiarie Monachum ad Ordinem laxiorem.
- 15 Et ob quas causas.
- 9 De jure licitum cuique transire ad strictiorem Ordinem. Etiam sine licentia. Ibid.
- 11 Non tamen laxiorem.
- 10 Quo sensu intelligatur unus Ordo alio strictior.
- 12 Potestas excommunicandi fugitivos, intelligenda de formaliter fugitivo.
- 15 Cause discedendi a suo Ordine, quae sint iustae, & seq.
- 27 Haec debent verificari in iudicio.
- 28 Secus in quibusdam casibus.
- 23 Quamdiu obligatur quis pati iniustam vexationem,

REGIA  
BIBLIOTHECA  
PADERBORNENSIS  
V. G. 1623  
8



- nem, ut hoc titulo fiat ei licitus discessus à suo Ordine.
- 24 An qui hoc titulo discedit possit ad nullum alium ordinem transire.
- 26 An si revocetur à suis obligetur fidere.
- 30 Qui discessit sine licentia, an teneatur redire ad illam petendam.
- 31 An debeat conventus consentire.
- 33 Nemo debet facile transire de suo ordine in alium.
- 2 Ad hoc requiritur licentia.
- 6 Hoc quomodo intelligendum.
- 32 Et de quibus.
- 1 Clem. VII. & Paul. III. cum derogatione jurium contrariorum dederunt Camaldul. potestatem recipiendi ad suum Ordinem quoscunq. mendicantes & eosdem promovendi ad qualibet officia, post professionem. B. quæ incipit: *Rationi congruit* Quæ habetur ad calcem Regula; cum constitutionibus impressa Roma.
- 2 Eugen. IV. pro Cassin. sancivit Iul. II. pro Cisterciens. Innocent. VII. pro Hieronimitan. non posse eos transire ad aliū Ordinem, nisi licentiā obtentā à Superioribus. Bullar. Cassin. *const. 59. & 46.* Roder. *to. 1. quæst. 52. a. 19* & Lamas. *in meth. p. 3. cap. 4. §. 27*
- 3 Eugen. IV. & Paul. III. pro Cassin. censuerunt nullo pretextu, seu juvandum parentum, seu serviendi cuiquam Prælato vel principi, seu studiorum, seu sanitatis tuendæ causâ posse de sua Congregatione exire *const. 59. 64. & 153.* in Bullar. Cassin.
- 4 Regulares de suo Ordine vel Congreg. discedentes sine licentiâ possunt ubique capi à suis Superioribus excommunicari, & prohiberi audire confessiones, vel predicare constitutione Eugenii IV. pro Cassin. Clem. III. & Bonifac. pro Minorib. Et Iul. II. pro Minimis. Quarum me-
- minere Casar. & Capuccin. v. apostata. Margar. *in suob. ll. const. 59. & 64. c. 1.*
- Pius II. excommunicat quoscunq. recipientes Minores de suo Ordine discedentes, occultantes, ad discedendum vententes &c. Eugen. IV. similiter excommunicaturam vibrat, in eos qui recipiunt fugitivos Congreg. Cassin. nisi conueniunt intra tres dies illos à se dimitti. Sixt. verò IV. Carmelitis. Et Innocent. VIII. Minorib. Et alij Pontifices licentiam dederunt potestatem excommunicandi se ipsos, quoscunq. personas ecclesiasticas, receptantes suos fratres discedentes Casar. v. apostata.
- Paul. III. concessit Cassin. ut si ipsi discesserint, etiam obtentâ à se licentiâ, & causis discedendi veritas possit illum obligare ad mutandum eum & ad portandum alium distans à proprio Congregationis. B. 153. Margar.
- Pius II. concessit Cassin. Iul. II. Paul. III. & Greg. XIII. Societ. Iesuitarum licentiandi à se fratrem incommuniabilem, & permittendi ipsi ut transiret ad aliam Congreg. sub eadem Regula laxiorem, vel simpliciter ad alium ordinem, de quo inter alios Bonac. *de clausura quæst. 2. p. 9. §. 3. diff. 1.* Idem nomine & autoritate Eugen. IV. concessit Ludovic. Episcop. Taruisin. Congreg. Vallisoler. uti habetur in eius bulla *vil. 48.*
- Eugen. IV. concessit Cassin. ut teneantur recipere eos qui à sua Congreg. discesserint, etiam si ad hoc habeant licentiam apostolicam, nisi contineant excommunicationem. *const. 62. & 64.* in Bullar. Margar.
- Nota autem circa privilegia, quæ dantur in præsumptione bonæ obedi-

hie in proprio. Et quod is, qui ab illis  
vult discedere, potest aequè facile suam  
alium in eo operari, atque in alio ad  
quem cogitat transire. At si veritas pug-  
nat in contrarium, certè nullus locus esse  
potest talibus privilegiis. Quin etiã Nald.  
v. Religios num. 23. absolutè illa reicit.  
Et Regl. eod. v. n. 34 affirmat posse Reli-  
giosum illis non obstantibus ad alium  
Ordinè transire, modò concurrant tres  
circumstantiæ, nempe primo, si transit ad  
strictiorem, secundo, si zelo perfectionis,  
tercio si petita licentiã, quamvis non  
obtentã. Favet huic doctrinã Navarr.  
lib. 3. conf. 52. ubi monet talia privilegia  
esse interpretanda secundum cap. licet. de  
Regul. in quo permittitur transitus ad al-  
ium Ordinem post petitam licentiã,  
quamvis fortè non obtentã. Et ratio  
fundamentalis est, quia zelus & cura pro-  
pria perfectionis & salutis est de jure na-  
tura, contra quod non dantur, nec locũ  
habent privilegia, ad quod facit cap. duo  
de Regl. 2. Unde conciliando opinio-  
nes & Doctores, ego puto cap. dictum li-  
cet esse servandum, & Pontifices non in-  
venisse illi derogare, privilegia verò in-  
terroganda esse de eo qui vult transire  
ad alium Ordinem, qui non esset suo stri-  
ctior, vel ex odio suorum cum illorum  
laudabò deceptus & illectus ab his, ad  
quos vult transire &c. quibus similibus-  
que abulibus voluerunt Pontifices per  
privilegia supramemorata obviare.

Verum hoc ego addidero, quòd licet  
jura concedant transitum ad strictiorem  
Ordinem, Et inter Theologos ac Cano-  
nistas non bene conveniat in discernen-  
da similitudine, attendendo tamen ad men-  
tem legum potius quàm ad verba. Arbi-  
tror ego (salvo meliori iudicio) quod ad  
hoc iudicandum per respectum ad transi-  
tum de uno in alium non debet fieri cõ-

paratio Ordinum inter se, sed ipsorum &  
hujus Fratris, qui ab uno vult transire ad  
alium, ut attento ipsius genio & disposi-  
tione, is Ordo comparatus ad ipsum cen-  
sendus sit strictior, nõ in quo vigent plu-  
res austeritates corporales, sed in quo  
potest commodiùs & securiùs suam salu-  
tem operari. Nam quia austeritates cor-  
porales sunt instrumenta ad virtutem &  
perfectionem, ideo per quamdam præ-  
sumptionem ille Ordo putatur perfe-  
ctior, qui sit strictior, & in quo servantur  
plures austeritates. Et quia in assumptio-  
ne Status religiosi aliud non intendimus  
quàm nostram salutem & perfectionem,  
ideo jura concedunt transitũ ad strictio-  
rem. Verum, quia idem instrumentum  
non est aequè aptum omnibus, & potest  
esse talis, qui faciliùs suam perfectionem  
& salutem consequatur in Ordine mitio-  
ri, ideo ubi de hoc constat, debet veritati  
cedere præsumptio, & ille Ordo mitior  
dici esse ipsi aptior, & transitus ad ipsum  
ei licitus, quia tunc habetur finis legis.

Hoc tamen sanè velim intelligas, nempe  
quòd hæc maior facilitas operandi  
suam salutem vel acquirenda perfectio-  
nis est quidem causa sufficiens ad conce-  
dendum transitum, & ad hoc ut dicatur  
satisfactum dispositioni Trid. sess. 25. cap.  
19. de Regul. Aran sit sufficiens ad transeun-  
dum (etiam negata facultate) iuxta cap.  
licet de Regul. Ego satis dubito. Nam famu-  
lus qui locavit suas operas, non potest à  
suo hero discedere, etiam si invenerit a-  
lium, apud quem minorè laborem sit ex-  
perturus, & melius stipendium acceptu-  
rus. Unde quia Religiosus comparatur  
servo, ideo sicut non potest à Monasterio  
abici, prætextu recipiendi alterius, qui  
sit utilior, sic nõ potest ille ab eo discedere  
prætextu maioris perfectionis quærendæ,  
vel minoris difficultatis experiendæ.

Quare

REGIA  
VCLARVM  
ET  
MENTARIA  
REGVLAS  
CELLARVM  
STOLICE  
CIII  
8

Quare si doctrinam traditam velit quis applicare *cap licet*, & alia jura similia, quibus ego dixi non esse derogatum per privilegia, debet illam explicare de facilitate aut difficultate, non simpliciter negativa, sed depositiva, quando ponitur ei obex ad perfectionem & salutem. At si patitur difficultatem ob solâ sui genii repugnantiam, eò quòd vellet per alia opera & media tendere ad perfectionem non est hæc causa sufficiens ad discendum sine licentia, sed hanc ipsam repugnantiam & difficultatem, quam experitur, debet amplecti & tolerare tanquam medium, non contrarium perfectioni & suæ salutis, sed utilissimū ratione meriti.

12 Nota secundò. Circa privilegia relata *num. 4. & 5.* Quòd cum pænæ non habeant locum, nisi in casu vero, & suis omnibus circumstantiis vestito iuxta dicta, ubi de *potest. reg. ad absolvendum*. Ideo non possunt Prælati uti talibus privilegiis in suos aut eos recipientes, nisi sint verè & formaliter fugitivi seu apostata, unde verificanda erit prius apostasia, quàm pænâ illis intentanda, aliàs sicut iniuste censuris ligarentur, si & invalidè, quia Privilegia non habent locum quoad illos.

13 Tertiò. Circa privilegium relatum *n. 8.* quod cessat admisa constitutione Urb. VIII. de ejectionibus & fugitivis secundum dicta *cap. 22. §. 3. not. 5.*

14 Quartò. Circa alia relata *n. 7.* Quod etiam illis seclusis Prælati Regularium possunt suis dare licentiam transeundi ad alium Ordinem etiam laxiorem, per *cap. non est & c. significatum. de Regul.* Et ita ibi tenent Gloss. Host. & Panor. Angel. v. *Religiosus num. 34.* Navarr. *lib. 3. cons. 56.* Less. *lib. 2. de instit. cap. 41. dub. 13.* Sanch. *in sum. lib. 6. cap. 7. num. 72.* Bauny. *in theol. mor. tr. 11. de Abbatibus. quest. 6.* Et Aufon. *in sum. Dian. v. Regulares n. 9.* Quod

licet videatur revocatum in Trid. *sess. c. 19. de reg.* Bene tamen Navar. *supra* advertit, mentis concilii fuisse nõ simpliciter hoc prohibere, sed ne hoc peratur sine causa & consensu Convertere quod ante non servabatur, similiter tali transitu servanda erit dispositio *viam ambitiosa. & Clem. 1. ut Profess. de app. Quam idem Trid. innovat. sess. 14. c. 1. ref.* Nisi obster privilegium Camalulano quo in initio huius *cap. n. 1.*

Causæ autem transeundi ad alium ordinem etiam laxiorem, seu conatibus hunc transitum sunt sequentes, quæ diversis Authoribus collectas placuit subiicere.

Prima est propter incorrigibilitatem ut habet privilegium Pij II. Nominatim incorrigibilitatis ego intelligo tantum formale, sed etiam similitudinem seu interpret. quado aliquis est durus & difficulter corrigitur, vel frequenter correctus semper in eadem recidit, quæ tamen oportet esse gravia & scandalosa.

Altera est propter infirmitatem competentiam virium cum austeritate laboribus Monasterij vel Relig. Thom. 2. 2. *q. ult. arr. 8.* Et Nerut. *de appell.* Seu propter pusillanimitatem refugientis eiusmodi austeritatem secundum Sanch. *in sum. lib. 6. cap. 32.* Et Barth. de Vech. *in pra. nov.*

Seu propter delicatam complexionem ut concedit Angel. v. *Religiosus num. 32.*

Seu propter difficultatem, quam experitur in observantijs tantâ, ut in ricolu, ne frequenter illas transgredatur. Aut demum propter senectutem, Gord. *in theol. mor. lib. 7. c. 13. c. 1.*

Tertiò. Propter intemperantiam seu aliquam aliam circumstantiam ex qua ibi habitans, efficitur nimis



runt Tam felicem autem successum non dedisset Deus singulis, si discessum ab illegitimo Prælato non probasset.

22 Octavo. Propter malam tractationem & persecutionem, quam quis patitur à suo Prælato, vel Fratribus, quibus factus est odiosus Barbof. in not. super Trid. sess. 25 cap. 19. de regul. Roder. to. 1. qq. reg. 52. ar. 9. Adam præmonstrat. ser. 7. de profess. canonic. Lairuelz in cat. novit. p. 5. lect. 117. dor. um. 3. Aufon. in sum. v. Regulares. num. 9. Less. de iust. lib. 2. cap. 41. dub. 13. Sanch. & Gord. citati. Asor. to. 1. in st. lib. 12. cap. 14. Bauny in theol. mor. tract. 11. de Abbat. quest. 6. Reginald. in pra. lib. 18. cap. 29. num. 414. Et Eschob. in theol. mor. 24. Jesuit. tract. 6. cap. 4. Et de hoc habemus exemplum Sancti Bened. quem cum sui Monachi voluissent intoxicare cognita malitia, & prava eorum in se voluntate ab his discessit. Ad quod facit illud Christi. *Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Et illud vado & quaeretur me & in peccato vestro moriemini.* (a)

23 Quamdiu verò teneatur quis tolerare iniustam tractationem. Arbitror ego, id tempus sufficere, quod alias per oppositum sufficeret ad illum expellendum, si esset incorrigibilis. Ratio mea est, quia obligatio Religiosi & Religionis, ad se invicem est respectiva: Ergo sicut post unum annum Religio potest expellere Religiosum incorrigibilem, ita etiam post unum annum potest Religiosus relinquere Religionem, similiter erga se incorrigibilem, & quam non piam matrem, sed diram novercam experitur. (b) Verum sicut expulsio Religiosi est ultimum remedium, ad quam non licet devenire,

(a) Propter sevitiam uxor separatur à viro c. ex transmissa de rest. spol. filius solvitur à Patria potestate l. si lenones. C. de ep. aud. & l. si quis à par fuer. manum. Et servus à jure domin. l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel al. juri.

(b) Vide dicta de acquisitione privilegiorum per viam relationis.

nisi tentatis omnibus alijs medijs, ita nec Religioso fas est de suo Monasterio vel Ordine recedere, nisi post procuratam per legitimas vias suam cum Prælato vel Fratribus reconciliationem & eorum durationem cognita

Maior difficultas est, an is qui sic de suo Ordine discedit, possit secura conscientia aliū non ingredi, sed hærere in sacro apud amicos vel cōsanguineos, aut in patria. Et prout potest ibi essentialia vita servare. Ratio dubitandi est, quia plus non teneor, quam promisi, eorum non promisi stabilitatem, nisi meo Monasterio seu Ordini, quod si mihi superius ab illo discedendi, an non ego famber; Videtur Angel. in hanc opinionem inclinatus, qui v. Religiosus. num. 42. Eiectum, vel fugitivum nequeunt suam reconciliationem obtinere à Prælato posse alium Ordinem ingredi cum ejus licentia, aut si non potest obtinere, vivere alio modo regulariter, prout potest in saculo. Verum quia nullis minus probatur hæc doctrina, remitto lectorem curiosum ad ea, pro illa adstruenda scripsit Iul. Casp. Scoti, ante hac non parva in Italica lumina Societ. Jesu, à qua extorris factus & apud veteros securitatem naturæ eorum statu agit. De quo, & suo à Societate discessu apud Innocent. X infirmatam elegantem epistolam apologeticam ad eum Innoc. se defendit. (c)

At si Prælatus revocat talem Religiosum, & meliorem tractationem patitur, quid consilij; Respond. Solutio huius dubij (attento jure) petenda ab his quæ communitet tradunt DD. circa reconciliationem uxoris qua discessit ob sevitiam. Sed attendit

(c) Ejus Liber est impressus Colon. apud Canacium.

licentia. Ego puto eum non teneri redire, nec cuiquam promissioni fidere. Circa quod ego taceo multa, quæ non expedit propagare.

Porro quando aliquis est discessurus ex suo Ordine seu Monasterio, necesse est causam probari & verificari contrariè, nisi fortè sit de se ita patens & nota, ut probatione non indigeat. At si quidem nota est, & certa ipsi Religioso, qui tamen eam probare non potest, seu quæ testes ei defunt aut nolunt loqui, seu quæ non habet sumptus necessarios ad promovendum suam causam. Aut certe timet incarcerari & opprimi vel veneno tolli casu, quo propositum suum aperuerit &c. exhortandus est quidem ad amplectendam & portandam crucem, verum si nequit induci, potest prout conscientia recta dictaverit sibi consulere, & in foro conscientie ac coram Deo esse securus, nec panis constitutionis Urb. VIII. est obnoxius, quamvis fortè in foro exteriori, & in suo Monasterio iudicetur fugitivus.

Ad quod facit doctrina Steph. Tornac. Episc. qui quadringentis abhinc annis hoc est circa annum 1159. floruit. Et qui in ep. sua. 1. ad Rob. priorem Pontanie. quæ habetur 1. 12. Biblioth. magnæ P. 7. 2. sic loquitur: Quid voti? aut a-  
tionem tuam voti, aut aliud, si aliud commutationem recipit votum tuum, si argentum, si aurum, si vestem, si quodlibet simile voti, commutare vel maxime potes, si vel melius vel magis solvas quam voti. Sola anima, si eam voveris commutationem non recipit. Et post nonnulla Animam meam inquis voti, & in suo certo sub Magistro certo, sub forma vivendi, & institutionibus ordinata stabilitatem loci, obedientiam Pralati, communionem vivendi propter salutem anime mee voti, commutare non licet, non reddere non licet. Attende puer

timorare, & noli timere ubi non est timor. Votum quod commutationem non recipit, quasi substantiale est, & principale vovere animam suam Deo, Cetera sicut est locus, Pralatus habitus forma vivendi, tanquam accessoria sunt. Et ab hominibus apponuntur, non quia hic salvari non possit anima, quæ vovetur, sed qui a per hoc fit expeditior ad salutem via. Quid si locus destruat, si ab his, qui inibi habitant vel penitus deferatur, vel aliò transferatur, nunquid alibi salvari potes? si Pralatus moriatur, si recedat, si nolit præesse, quid facturus es? peribis, quia non præest, cui subesse debueras? si habitus mutetur, & institutiones aliam formam receperint, si priores non servaveris, eris reus voti, quod feceras. Vides quoniam hæc omnia accessoria sunt, & commutationem recipere possunt sola voti substantia, scilicet anima commutationem non recipit. Hactenus Steph. Tunc autem potest probabiliter judicari, aliquem Authore Deo discessisse ex suo Monasterio vel Ordine, cum pie & honestè vivit in alio, seu loco, seu statu, ad quem transivit, ut de octo Cassinensibus retuli in superioribus, secus si se secularibus negotijs & vitijs intricat, ut patet in his qui ad Hæreticos transeunt, & apud eos nubunt, &c.

Addit ex Panor. Burgos in cap. quæ in 20 Ecclesiarum, de const. eum qui discedit ex suo Ordine vel Monasterio ita necessario obligari ad petendam licentiam, ut si discesserit eam non peritâ teneatur redire ad illam petendam, quamvis non obtinendam, quia inquit sic placet legi (puta in c. licet de Regul.) sed ego teneo contrarium, tum quia ad inutile nemo tenetur, tum quia canon ideo jubet peti licentiam, ne videatur contemni bonum Obedientie, at si aliunde constat non contemni, & hanc licentiam non peti ob causam iustam, non potest dici canon violatus. Et ita ibi tener Gloss. quæ explicando textum,  
G g tum,

REGIA  
VLAUVNI  
ET  
IMENTARIA  
REGVLAS  
CELLARIS  
STOLICE  
8

tum ait petendam esse licentiam de honestate. Quòd si ex honestate. Ergo non ex debito. In rigore verò & sequendo opinionem Burg. sufficit per epistolam hanc licentiam petere, vel per Personam interpositam.

- 31 Addit Barth. de Vech. in pra. obser. in admitt. ad Rel. stat. dub. 5. Et jam Conventum debere consentire, de quo consensu ego idem dico, ac in superioribus dixi de consensu Prælati. Addit Angel. in sum. v. Monachus num. 1. Quòd quæ iura decernunt circa transitum Religiosi ad alium Ordinem, habent solum in Professis ad Chorum, & non in Conuersis, quia inquit sunt quasi serui in suo Monasterio, & magis ei adstricti quàm Clerici, sed (seculis privatis Ordinum vel Monasteriorum constitutionibus) ego hoc falsum puto, cum æqualis sit Clericorum & Conuersorum professio, & consequenter æqualis obligatio.

- 33 Ne autem fortè ex his quæ hætenus disserui, putet quis ita facile & præcipitanter posse suo Ordine vel Monasterio deserto ad aliud transire, placet hîc ad instructionem pro omnium Coronide attexere fragmenta Epistolarum duorum illustrium Abbatum & Sanctorum Anselmi ac Bernardi super hac eadem materia.

Anselm. lib. 1. epist. 29. ad Lanson. Monachum. Quisquis Canobitarum fortè propositum aggreditur, expedit ei, ut in quocunque Monasterio professus fuerit, nisi tale fuerit, ut ibi malum inuitus facere cogatur tota mentis intentione, amoris radicibus ibi radicare studeat, atque aliorum mores aut loci consuetudines, si contra præcepta divina non sunt (etiam si inuitus videantur) diiudicare re fugiat. Gaudeat se iam tandem inuenisse, ubi se non inuitum sed voluntarium, totâ vitâ mansurum omni transmigrandi sollicitudine

propulsa deliberet. Et quietus ad sola vota probatæque vitæ exercitia exquirenda vacet. Quòd si sibi videatur maiora quedam ac utiliora spirituali seruire appetere, quàm illi prædictis Monasterij institutionibus liceat. Assuetis aut se falli præferendo paria paribus aut maioribus. Sive præsumendo se posse quod non potest. Aut certe credat se non meruisse, quod desiderat.

Bernard. lib. de præc. & disp. capit. 11. Et post ipsum Vincentius in spec. lib. 1. Capit. 61. Videamus quomodo tenenda sit illa quæ in professione firmari solet loci stabilitas. Et quibus (si tamen quibus) ex causis rationabilibus illam vel liceat, vel expedit. Et postquam.

Præscribat stabilitas pactum omni denique remisso discessus, vago & curioso discursus, cuius denique inconstantis levitatis. Non enim hæc, quæ in professionis serie sequuntur, verum videlicet conversionis & obedientia quæ secundum Regulam fit.

Nam si hæc ibidem præ improbitate & inligiositate cohabitantium obiniri fortè non poterit, duce spiritu libertatis transire indubitanter suadeo ad locum alium, in quo non impeditur reddere vota sua Deo, quæ distinctionibus suis. Equidem cum Sancto sanctus eris, cum perverso perverseris. Sanè de Religione & bene ordinatis Monasterijs nullus Professus meo consilio, ne arctius quidem desiderio sine licentia sui Senioris egredietur. Egre tamem, si melius inueniri & elegerit, melius nihilominus iam consilio non regredietur ad minus bonum, quod reliquerat & contempserat præ meliori, præsertim si illud melius tale fuerit, quod eius prima Professioni congrueret deatur (si non tamen loci prioris vicinia vocatur, quia de noto Monasterio nec reverti qui regulariter potest nec recipere consuetudinem Abbatis sui.) Et accipe manifestis in Exemplis huius sententiæ rationem. Fortè vultis aliquid de Cluniacensibus institutum ad Cisterciensium



non se fringere paupertatem, eligens nimirum  
 illis consuetudinibus Regulae puritatem, si  
 non consulas, non consulas, nisi id abbatu sui usur-  
 paverit assensu. Quamobrem primò propter  
 scandalum ipsorum quos deserit, deinde quia  
 circa pro dubiis relinquere tutum non est, forsitan  
 hoc videri potest, illud non poterit. Tertio, su-  
 spitionem habeat vitatem, quia id sepe quod faci-  
 mus, antequam probemus, experti jam  
 aliquo uno propè momento id ipsum volentes  
 et repentes: tam leviter quam irrationabili-

ter. Quales utique non paucos frequenter ex-  
 perimus, qui una vix hora in una voluntate du-  
 rantes, aurâ levitatis impulsî, vagi & instabi-  
 les huc & illuc velut ebrii nutant, mutantq; pro  
 experimento j. dicitur. Imò sine judicio fluctuan-  
 tes & tumultuantes, tot de se consilia præsument  
 quot loca revisunt, semper quod non ha-  
 bent cupientes, & quod habent  
 fastidientes.

\*\*



Gg 2

SECTIO

REGIA  
 VLABUN  
 ET  
 MENTARIA  
 REGYLAS  
 CELLARUM  
 STOLICE  
 8